II e
567.

Philol.

II. e. 567

R
1036

Be. 567

C. F. Groot 1808. Ar

# PETRI MOſellani Protegenſis, viri eruditiſſimi, in M. Fab. Quintiliani rhetoricas inſtitutiones ãnotationes.




Pariſiis A° 1528. vid. ad calcem.

Venundantur Iodoco Badio, Per quem, vt ad Qintilianum nuper ab eo impreſſum facile applicari poſſint, Capitum chartæ ſuo numero præſignatæ ſunt.

BIBL. ACADEM: DORPATENS:

## ADAMVS PETRVS CANDIDATIS MELIORVM LITERARVM. S.

PETRI MOSELLANI VIRI ERVDITISſimi in Fabium Quintilianũ vigilias, conſilium erat in aliud tempus reiicere, magis forte iſti argumento cõuenienſ:Eiuſmodi enim videbatur hoc ſcripti genus, quod nullam cum hoc ſeculo tam inique comparato gratiam videretur initurum, & ita iam nunc res noſtræ habebant. vt tẽpus quod dabatur vacuum mallemus alibi inſumere. Sed quia impatientius nonnulli fidem noſtram appellant, neq; deſinũt conuiciis verius extundere quã flagitare, nihil morati ſumus eorum ſtudiis obſequi, eoq; noſtram operam addicere, quo publica fere vtilitas vocare viſa eſſet: hac ſpe potiſſimum nobis propoſita, vt vel ſi parũ ex ſententia hæc nobis cedat editio, ſaltem aſſequamur, vt officium non defugiſſe noſtrum videamur: quod vt maiore animo aggredimur, facit hæc publica rerũ facies, quæ cogit parum etiam e re noſtra huc maxime incumbere, vbi capitalius laborari videmus, quod noſtra tempeſtate in melioribus literis fieri quis non videt: adeo vt cum gladiatoriis animis quidam in eas degraſſẽtur pro libidine, adoleſcentes protinus a cunis, quas amplecti per ætatem non poſſunt, odiſſe incipiant, eamq; de literis opinionem, quam pueri imbiberunt, in omnem ætatem pertinaciſſime perferant, dum videlicet vix vagituum oblitos alligant mox ſeueris quibuſdam ſtudiis, quæ tamen nec tractare cũ gratia, nec aſſequi vllo modo poſſunt, niſi hiis freti præſidiis, quæ cum aliunde, tum maxime ex literarum meliorum cognitione ducuntur. Quamobrem optime adoleſcens, dum ætas fert, hiis te ſtudiis applica, vnde non iniuria maiores noſtri omnem & humanitatis, & ciuilium rationum laudem petebant. Sic enim fiet, vt laboris me mei minus pœniteat, & tu habeas cur olim mihi gratias agas. Vale.

~~4-736~~
4-II B
736
i 5299188x



# IN M. FABII QVINTILIANI INſtitutiones rhetoricas, Annotationes per Petrum Moſellanum Protegenſem, virum eruditiſſimum.

## M. FABIVS TRYPHONI Bibliopolę ſalutem. Fo. I.

BIBLIOPOLÆ. Si nominis rationẽ ſpectes, librorũ venditorẽ ſignificat: nimirũ a βιβλίον, qđ Græcis libellum ſignificat, & πωλέω qđ vẽdo, vñ Gręci nomen formãt βιβλιοπώλης, cuiꝰ vocatiuus, qm̃ eſt nomẽ verbale, habet βιβλιοπῶλα, quẽ Latini pro ſuo nominatiuo vſurpant, iuxta Priſciani traditionem, quæ eſt: Vocatiuũ primæ declinationis Grecorum, ſępiſſime in nominatiuũ Latinũ tranſire, idq; fieri monet Macedonũ ac Theſſalorum conſuetudine.

Efflagitaſti. Differunt vehementer efflagitare & poſtulare: Siquidẽ poſtulare eſt quoquo modo exigere: Efflagitare autem, velut flagris extorquere, & vehementer poſtulare: id quod indicat Cicero: Quanq̃, inquiens, cauſa poſtulat, non tamen efflagitat.

Quotidiano conuicio. Cõuicium obiurgatio eſt, qua audientes velut ad vitium vocamus. Vnde Iuriſcõſultus quiſpiã in Pandectis, niſi me fallit memoria, quaſi conuocium dictum putat, vt ſit velut exprobratio quædam multis audientibus.

De inſtitutione oratoria. Inſtitutiones & inſtituta differunt, autore Cornelio Frontone. Inſtitutiões ſiquidẽ pceptiões ſunt, ſiue introductiones quarũlibet artiũ. Inſtituta vero decreta, & velut edicta. Non tñ me fugit, Valeriũ probũ grãmaticũ pbatiſſimũ, obſeruationibus ſuis indidiſſe titulum: Inſtituta artium.

Nondum putabam ſatis maturuiſſe. Id eſt maturos factos. Sic enim legendũ cenſeo, cum ex veteri exemplari qđ ſic habet, tum ꝙ vetuſtior multo, & Quĩtiliani facilitati accõmodatior tranſlatio ſit ſumpta a frugibus matureſcẽtibꝰ, vt ingenii fructus tẽporis pgreſſu elimentᷣ, & velut ad maturitatẽ perueniant.

Non tam ſtylo. i. Liniamẽtis orationis, qbus hęc mea veſtire volebã. Eſt enim ſtylus pprie ferreus qdã ſtimulus, quo veteres in ceratis tabulis ſcribebãt. Inde traductum eſt ad formam elocutionis, quam variant ſententiæ atq; verba.

Vſus deinde Horatii cõſilio. Recẽtiores codices oẽs, Vſus, habẽt in principio huius clauſulę: at in veteri exẽplari aĩaduerti deeſſe, idq; meo iudicio rectiſſime, tum ꝙ primũ locũ in clauſula fere ſoleat Deinde occupare, tum vero maxime, ꝙ longe purior & rotũdior eſt ſermo, ſi Fabius dicat, cõſilio Horatii ſeſe dediſſe ociũ ſuis libris: Verſus Horatii hi ſunt.

Nonumq; prematur in annum,
Membranis intus poſitis, delere licebit Qđ non edideris: neſcit vox miſſa reuerti.

Vt refrigerato. i. extincto inuentionis amore, qui, vt Horatius inqt, cęcus eſt. Vnde Theocritꝰ: Amori pulchra videntᷣ, q̃ nõ ſunt pulchra. Et Catullus: Cuiq; ſuũ attributum errorem tradit, ita vt non videamꝰ manticam quæ a tergo eſt.

Permittamus vela vẽtis. i. ancipitem editionis euentũ vtcũq; cadet expiamur. Sic enĩ Eraſmus exponit in Chiliadibus, ex allegoria hoc pᷣuerbiũ faciẽs, qđ a nautis ſumptum eſt, qui in dubium ventorum flatũ aliquoties vela expandunt.

Et orã ſoluẽtibus. Orã hñt exemplaria magno conſenſu: tum Eraſmus nõ aliter citat: Et Sipontinus, oram exponit finem: Porro alii littꝰ exponunt: quę omnia partim corrupta lectione, partim coacta expoſitione adferuntᷣ: Nuſq̃ enim, qđ equidem ſciã, ora legitur pro fune nautico, Neq; Fabio dignus eſt ſermo, ſoluere oram, pro littꝰ ſoluere: alioqui dixiſſet dubio procul, ab ora ſoluere. Libet ergo ſubſcribere caſtigationi Aldinę, atq; legere: Auram bene precari, perinde integre, ac ſi dicas, bonam auram precari, id eſt, pſperum ventum. Manet enim in allegoria Fabius ad clauſulam vſq;, vt ipſe faciendum præſcribit, libro octauo.

Diu ſum reluctatus. Proprie luctari ſignificat brachiis complexis, certis quibuſdam nexibus contẽdere: vnde reluctari, hoc palęſtrę genere aduerſum aliquẽ pugnare ſignificat. Fabius aptiſſime traduxit ad refutationem modeſtam, deflexiõe facta a corpore ad animum.

Meæ deprecationis. i. recuſatiõis: Nam vt autor eſt Gellius, lib. vi. c. xvi. Pręter vulgo notã ſignificationem verbi deprecor, q̃ eſt valde precor, etiã declarat aliquoties abigo, amolior, vel precibus adhibitis, vel quo alio modo.

Alienis veſtigiis ĩſiſterem. Quod Pythagoras vetare ſolebat hoc ſymbolo: Per publicam viã ne ambules id eſt, expoſitore Hieronymo, ne ſequaris vulgi errorem: nũq̃ enim tã bene actum eſt in humanis, vt quæ optima ſunt plurimis placuerint.

Summam in eloquentia manum imponerent. Tranſlatio eſt prouerbialis, ſumpta ab artificibꝰ, q primo rude aliqđ futuri corporis ſimulachrum effingunt, qđ primã appellant manum: dinde vero accuratiꝰ expoliendo ad perfectionẽ ducunt, quam vocant ſummam manum, ꝙ videlicet poſtea manum non apponant amplius: Ad hũc modũ Eraſmus locum hũc expoſuit: Mihi magis arridet eorum ſentẽtia, qui a pictoribus ſumptam metaphorã putant, cum ob alia, tum ꝙ & alterum quoddam prouerbiũ fertur, de pictoribus mutuo ſumptum, quo iubemur manum de tabula iam ſatis elaborata amouere.

Contẽnentes tanq̃ parua. Hieronymus in epiſtola quadam in hanc

ſententiam ſic loquitur: Non ſunt contemnenda tanq̃ parua, ſine qbꝰ magna conſtare nõ poſſunt.

Ab infantia incipiã. Medici, atq; horum princeps Hypocrates apud Iuliũ Pollucẽ, lib. de Rerũ vocabulis ſecũdo, ſeptẽ hoĩs ætates ſupputant, quarũ q̃libet ſeptenario numero finit: harũ primã ĩfantiã vocãt, q̃ vbi ſit exacta, tẽpus eſſe aiunt, vt puer literatorũ ſcholis adhibeatur Cui ſentẽtię & Paulꝰ Medicus ſubſcribit in lib. de p̃ceptis ſalubribus.

Ad ingenii lumen.i.ad eloquẽtię facultatẽ: Sic enĩ M. Tullius ĩ Bruto eloquentiã vocat: nimirũ qđ elegans, & eruditus ſermo, nõ niſi ab elegante & culto ingenio ꝓficiſcat, qđ in oratione, velut lumine quodã adhibito, oſtendit. Vere ſiquidẽ dixit Ariſtoteles: talia queq; loqui, q̃lis ipſe ſit, quod oratio minime mẽdax ſit animi ſpeculum.

Colligit.i.concludit.

Sic officio quoq; copulata. Cicero libro de Oratore tertio, ferme in principio, his opinor verbis: Nã cũ omnis ex re atq; verbis conſtet oratio, neq; verba ſedẽ poſſunt habere ſi rem ſubtraxeris, neq; res lumen ſi verba ſemoueris. Eſt enim illa Platonis vera vox, q̃ omnẽ doctrinã ingenuarũ & humanarũ artium, vno quodam ſocietatis vinculo contineri dicit, quã ſentẽtiã vt ꝓbet apud Platonem Socrates in Gorgia, oẽm mouet lapidem.

Soli ſapientiæ ſtudioſi vocarent. Huc enim Fabiꝰ alludit, exp̃ſſa Gręci noĩs ratiõe: Siquidẽ Gręcis φίλος amicum ſonat, & σοφία ſapientiã: vnde philoſophi dicti, quaſi ſapientiæ amatores. Quod nomen omnium primus arrogauit ſibi Pythagoras Samius: Nam tradit Socrates apud Laertium libro octauo, cum ĩterrogaretur quem nam ſe profiteretur, reſpondit Philoſophũ ſe eſſe.

Peſſimis moribus prętendebant. Sunt enim propterea illis ipſis temporibus, nempe Domitiano imperãte, conſulto ſenatus Philoſphi eiecti, atq; vrbe & Italia ĩterdicti. Quẽadmodũ & prioribus ſeculis C. Fannio Strabone, M. Valerio Meſſala COSS. ſenatꝰ cõſultũ ſcriptũ ẽ de Rhetoribus Latinis vel exigẽdis, vł coercẽdis, autore Gellio lib. xv.c.xi.

Qualis vere ſapiẽs appellari poſſit. Sapientẽ hunc his Stoici numeris perfici voluerunt, vt eſſet quiſpiam improhibitus, inuiolatus, nõ impeditus, liber, diues, felix: quã formã vtpote cõmenticiã, Horatius elegãter verſibus illudit Epiſtolarũ lib.i.

Ad ſummum ſapiens vno minor eſt Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex deniq; regum,
Præcipue ſanus, niſi cum pituita modeſta eſt.

## CAPVT. I. Fo.II.

Vnde origo animi cœleſtis creditur. Quod videlicet animꝰ noſter e cœlo in corpora humana illapſus, in hoc mundo omnia ſua inſtituta, curas omnes remittat. Vel quod creatus ſit homo ad imaginẽ dei creatoris, vt ſcribit Moſes, & Platonici Philoſophi aſſentiunt, cũ diuiniſſimum & ſanctiſſimum hominem eſſe ex vniuerſo rerum naturalium cœtu aſſerunt.

Grachorum eloquentiæ. Tiberii ſcilicet, de quo in claris Oratoribus ſic Cicero: Ac vtinam in Tyberio Gracho talis mens ad Rempub. bene gerendam fuiſſet, quale ingeniũ ad bene dicendum fuit, profecto nemo huic viro gloria p̃ſtitiſſet. Sed per turbulentiſſimum tribunatum a Repub. interfectus eſt. Hic diligẽtia Cornelię matris a puero doctus, & Gręcis literis eruditus fuit: Nam habuit ſemper exquiſitos ex Græcia magiſtros. Porro C. Grachus, vir a pueris quo nemo plenior & vberior ad dicendum fuit, grandis eſt verbis, ſapiens ſententiis, & toto genere grauis.

Et Lælii filia. C. Lælius imprimis eloquens fuit, ex cuius orationibus Cicero æſtimari poſtulat de ingeniis oratorum, cui & dicendi laudẽ cęteris illuſtriorẽ tribuit in Bruto

Et Q. Hortẽſius. Hortenſius oĩum oratorum ſuæ ætatis, niſi M. Tullio, clarior fuit iudicatus a Gellio lib.i. Quem Cicero in Bruto ſocium & conſortem glorioſi laboris appellat, non tamen in honorem ſexus, verum multo magis in honorem artis oratoriæ.

## CAPVT. II. Fo. II.

DE pędagogis. Id eſt, ductoribus: παῖς παιδός, quod puerum ſignificat, & ἄγω duco.

Interim ſæuientes. Sæpius interĩ apud Fabium pro aliquando ponit.

Imperioſi. Id eſt, abutentes imperio ſibi conceſſo in pueros.

A Babylonio Diogene. Diogenes hic Stoicus Philoſophus fuit, ex Seleucia Ciliciæ vrbe oriũdus. At Babylonius dictus eſt, ob vicinitatem: ſiquidem Babylon confinis eſt Ciliciæ: autor eſt Laertius lib.vi.

Non rationi defuerit, ſed oneri. Id eſt, nihilominus tamen hæc erit ratio optima inſtituẽdi, etiamſi per nonnullos ſtet, quo minus ſeruet.

Alumno. Id eſt, eo quem educandum & inſtituendum ſuſcepit.

Id quod prius. Vt pędagogi ſint docti, & nutrices recte loquantur.

A ſermone græco. Aduertendũ tamen eſt. hanc rationem ad noſtra tempora non omnino quadrare, ꝓpterea quod Fabii ætate vernaculus Romę latinus ſermo fuerit, nobis non itidem: quãquam Eraſmus Fabii pręceptum etiam noſtro ſeculo ſeruandum exiſtimet.

Ante Grammaticum Ariſtophanem, Ariſtophanes Bizantius primus, Apellis ducis cuiuſdam filius fuit, audiuit inter cæteros pręcipue Eratoſthenem, qui Cyrenenſis primus Ambroſium quendam patrem habuit, is in omni diſciplinarum genere tam fuit abſolutus, vt ſecundꝰ Plato diceretur: Suntq; adeo huius commentaria de Aſtronomicis ſæpe a Plinio citata, de Sectis philoſophorum, de re Grammatica, ac aliis quibuſdam, autor Suidas.



ὑποθήκας. Pręcepta breuia, argumẽta q̃dã, admonitiones, ſic Suidas.

Qui minores ſeptẽ annis eſſent. Cũ ſextũ ſeptimumue annũ attigerint, tũ & pueros & puellas lr̃atoribus tradere oportet, benignis qdẽ illis humaniſq;, q cũ gratia & animi ſecuritate doceãt, qñquidem animi relaxatio ad vegetã corporis educationẽ plurimũ confert: Duodecimo iam exacto anno, ad Grammaticos, Rhetoreſq; mittẽdi, atq; ad corporis exercitatiões cogẽdi ſunt: A decimoquarto ad primũ & ſcđm viceſimi ãni, Mathematicę, ſapiẽtiæq; ſtudio incũbãt, & ad fortiores exercitationes ꝑ corporis robore ducãtur, Paulus Medicꝰ lib.i. rei medicę.

Præmiis etiã q̃ capit illa ætas. Declarat Horatius, dum ſcribit.

Pueris olim dant cruſtula blãdi.
Doctores, elemẽta velint vt diſcere prima.

Et nunq̃ nõ ſe feciſſe gaudeat. Id eſt, doleat ſe non feciſſe.

An Philippus Macedonũ rex. Extat ſup̱ hoc exemplo Philippi regis ad Ariſtotelẽ, cũ apud Plutarchũ, tum & Gelliũ epiſtola, his verbis: Philippus Ariſtoteli ſalutẽ: Filium mihi ſcito, qđ eqdẽ diis habeo gratiam, non ꝑinde, qa natus eſt, q̃ ꝓ eo ꝙ eũ naſci contigit tẽporibꝰ vitæ tuę, ſpero enĩ fore, vt eductꝰ erudituſq; abs te, dignus exiſtat & nobis, & rerũ iſtarũ ſucceſſione: Vale. Lib. nono cap. tertio.

At eo magis. Scilicet non improbandus eſt, qui minora præcipit.

Obſtat hoc. Nũerꝰ & noĩa lr̃arũ.

Ductus. Figuras.

Sed qđ in lr̃is obeſt. Vt antea.ſ. doceamus habitũ & noĩa lr̃arum.

Non excludat. Scilicet a ratione optima inſtituendi pueros.

Eburneas.i.ex ebore ſectas vł factas

Tabellę. Ligneæ, vel oſſeę inſculpi

Vbiq;.i.in oĩ argumẽti gñe.

Ne hoc qdẽ.ſ.recte ſcribẽdi laborẽ

Tardior ſtylꝰ.i.cõſuetudo ſcribẽdi

Syllabis nullũ cõpẽdium.i. nulla breuis ratio diſcẽdi eſt ſyllabarũ.

Temere. Id eſt frequenter.

Inoffenſa. Non labeſcẽs, titubãs.

Suppeditare. Id eſt, celeritatẽ & cõtinuationẽ ſubminiſtrare.

Hinc.ſ.ex feſtinatione legendi.

Intermiſſio.ſ. verbi alicuius vel ſyllabæ.

Coniuncta.i.continuata.

Emendata velocitas. Scilicet a mendis & vitiis.

Per γλώσσας. Et interp̃tationẽ lĩguę ſecretioris familiarẽ ĩtellige, & quotidianũ ſermõis vſum, cuiuſmodi eſſe debet, quo ſecretiores & ſublimiores autores exponimus: riſũ enĩ mouẽt doctis, q gloſſas eiꝰ gñis ſcribũt, vt minori negocio autorẽ ipm intelligere liceat, q̃ quæ explicationis gratia ſunt annotata.

Non ocioſas.i.mẽoria dignas.

Proficiet.i.conferet.

Affectatæ difficultatis.i. dedita opera quęſitos.

Confragoſos. Cum fragore quodam ſeſe collidentes.

χαλεποί. Difficiles illi verſus vocant, quorũ exẽpla multa ſunt ĩ Comœdiis veterũ Latinorũ, vt Plauti: Plura vero in græcis comicis, q choris ſuis maxĩe affectant ſeſq̃pedalia verba, hoc eſt lõgiſſima, & affectatę nouitatis. Niſi.i.ſi non.

Eximũt.i.expurgãt, extorquent.

## CAPVT. III. Fo.III.

A Quibꝰ clariſſimarũ ciuitatũ. Vt Lycurgo Lacedęmoniorũ principi, & legiſlatori, q ſtatuit ĩ Republica Lacedęmonioꝝ, pueros erudiẽdos ĩ cœtu & freq̃ntia oĩm, vt ẽ apud Xenophontem de Republi. Lacedæmoniorum.

Fugiẽdo turbã. Nã ſi grex totus in agris vnius ſcabie cadit, quemadmodũ inq̃t Iuuenalis, ſic vniuerſus adoleſcẽtiũ cœtus, vnus vitioſi pueri contactu ĩficitur, ac deprauatur, quod illa ętas, quęcunq; viderit aut audierit, geſtiat imitari.

Qui in purpuris repit. Purpura, piſcis genus eſt apđ Pliniũ libro.ix. cap.xxxvi. florem illum tingẽdis expetitũ veſtibꝰ, in mediis hñs faucibꝰ liquores, hic eſt minimi in cãdida vena, vñ p̃cioſus ille bibit, nigrãtis roſæ colore ſublucens, reliquũ corpus ſterile.

Iam coccũ intelligit. Codices Aldini coccũ hñt, vt videlicet referat ad lauticiã ciborũ. Verũ mihi magis arridet ex veteribꝰ libris coccũ legere, vt ad colorẽ referat veſtiũ, ꝓpterea qđ conchyliũ ſtatim ſeq̃t, & de palato inſtituẽdo deinceps fit ſermo. Porro coccũ ſcribit Pliniꝰ, rubẽs granũ eſſe Galatię, aut etiã qđ ꝓueniat circa Ameritã Luſitanię oppidũ, vbi in maxima eſt laude, anniculo grano lãguidus ſuccus vñ color colligit, idẽ a quadrimo euaniadus, ita nec recẽti, neq; ſeneſcẽti vires, lib.ix.cap.xli.

Nam Cõchyliũ poſcit. Cõchylium piſcis quoq; eſt teſta ĩcluſus, cuiuſferme ſaliua colligit, color nõ abſimilis purpuræ, p̃terq̃, qđ cõchylium tẽperatius eſt, & minꝰ elucens.

Palatũ.i.ſenſum guſtus.

Verba ne Alexãdrinis ꝓmittẽda deliciis. Ægyptus, atq; huiꝰ caput Alexãdria ſemꝑ ſtudioſiſſima fuit deliciarũ, idq; maxĩe abſorbẽdis gẽmis p̃cioſiſſimis p̃ſtitit, adeo vt Alexandria in ditionẽ Romanã redacta Romę quoq; ꝓmiſcuus ac frequens vſus margaritaꝝ ſorbẽdarũ cœpit. Porro mẽoratiſſimũ exẽplũ luxurię maxime regum Ægypti, extat apud Plinium lib.ix.cap.xxxv.

Soluti. Fracti, deliciis fluentes, incoerciti.

Si iũgi vtrũq; nõ poſſet. Vt.ſ. domeſticũ, & publicũ p̃ceptorẽ habeat

Lumen. Celebritatem.

Tenebris. Vmbraculis, domeſticis inſtitutionibus.

Maiore theatro ſe dignũ putat.i. ſpectaculo, ĩ quo vires ĩgenii ſui explicet. Pręſtet alicui gr̃a. Dignatio

Taceo de poſitionibus. Quæ græce themata vocantur, quod ſcilicet diſcipulis olim velut declamationũ argumẽta a p̃ceptoribꝰ ꝓponerent.

Declamationibus. Ficti argumẽti orationibus.

Sit incōmodũ .i. demus enĩ eſſe id vitium incommodum.

Affectum. Quo ſcilicet iungitur auditori familiariter amico.

Langueſcit. Id eſt, languorem cōtrahit, id eſt lentum morbum.

Situm ducit. i. mucum quendam ſeu vliginem.

Proderit. Anaphora eſt, qñ ꝑ plura mẽbra vnũ ſępius verbũ repetit̃.

Excitabit̃ laude ęmulatio. Studiũ æquandi, ſeu ſuperandi aliquem.

Huius rei. Id eſt, profectus.

Ingẽs palmæ cõtẽtio. Apud Latinos ſcriptores, victorię ꝓmiũ palma ſignificari metaphorice ſolet, cuius rei cauſam reddit Plutarchus apud Aulũ Gelliũ lib. iii. capi. vi. qđ huiꝰ arboris lignũ, quãtũuis põdus ſuppones, nõ cedat, ſed aduerſum nitatur, ĩcurueſcatq́: vñ placuerit ĩ certaminibꝰ ex huiꝰ ramis corona: Hĩc palmã dare dicimꝰ, ꝓ victoriã cõcedere: & palmam auferre, ꝓ eo quod eſt, victorem abire.

Nõ temere. Fabiꝰ ĩ negatiua oratiõe temere dicere ſolet. ꝓ frequent, cũ alias ſignificet incõſulto & in cõſiderate, vt Eraſmus annotauit.

CAPVT. IIII. Fo. IIII.

PRęcox ingeniorũ genꝰ. Acciꝰ tragicus poeta apđ Aulũ Gel. hanc Fabii trãſlationem cõfini ſilitudine exprimit aptiſſime his verbis: Qđ in pomis eſt, itidẽ eſſe aiũt in ingeniis, q̃ dura & acerba naſcuntur, poſt fiũt mitia atq́ iucũda, ſed q̃ gignunt̃ ſtatĩ vieta & mollia, atq́ in prĩcipio ſunt viuida, nõ matura mox fiũt ſed putria, relĩq̃ndũ eſt ergo ingeniis, qđ dies & ætas mitificet. lib. xiii. cap. ii.

Stat profectus. Id eſt, conſiſtit.

Extũdit. Id eſt, frãgit, cõſumit, vel põt pro exuſcitat accipi.

Retendunt̃. Id eſt, re augentur.

Eſt ſignũ alacritatis. i. viuacitatis ingenii.

In hoc impetu. Cupidine luſus.

Æmulantur. Id eſt, alter alterũ conat̃ ſuperare, vel ſaltem æquare.

Impotẽter. i. imperioſe: Nã ĩpotẽs nõ eũ ſignificat, q nihil poſſit, ſed q potẽtia ſua in hũiliorẽ abutat̃: Sic tyrãni ſunt ĩpotẽtes, & pueri nobiles, maligna natura ꝑditi, ĩpotenter faciũt, dũ ꝓbris verberibuſq́ afficiunt pauperũ, & humiliũ liberos.

Quãuis receptum. Id eſt in vſum acceptum, ſeu aſſumptum.

Vapulantibus. Id eſt, cum percutiuntur, aut verberantur.

Refringit animũ. Id eſt extinguit alacritatem animi.

Tædium dictat. Id eſt, ſuadet.

Obnoxiam. Id eſt, expoſitam.

CAPVT. V. Fo. IIII.

REcte loq̃ndi ſciẽtiã. Quã partẽ Diomedes li. ii. ὀϱ[illegible]ικὴν gręco vocabulo appellat, q̃ſi tu dicas finitiuã, nimirũ qđ definitiões, & ꝑcepta loquendi præſcribat.

Poetarũ enarrationẽ. Quã idem Diomedes ἐξηγητικὴν appellat. i. expoſitiuam, ſiue enarratiuam.

Receſſu. Id eſt, in penetralibus.

Fronte. Id eſt, in veſtibulo.

Emẽdata. i. vitiis carẽs & mẽdis.

Mixtũ hiis iudiciũ eſt. i. ratio proſpiciendi, qd in quolibet ſcripti gñe ꝓbandũ, vel refutãdũ ſit, qd eruditũ, qd vulgare calleat, & reliq̃ id genus. Idcirco Marcus Varro Grammatici officiũ his quatuor conſtare dicit, Lectione & oratiõe, emẽdatiõe & iudicio: Hæc citat Diomedes ex Varrone.

Cenſoria virgula. i. caſtigatoria quadam nota.

Notare. Id eſt, damnare.

In ordinẽ redegerint. i. gregarios & vulgares fecerint.

Exemerunt. i. eximios fecerunt, & extra ingenii aleã poſuerũt. Sic apđ Græcos Ariſtarchus Grãmaticus Homeri verſus cẽſoria virgula iudicauit, vt alios maxime germanos Homero ſignificauerit appoſitis aſteriſcis, hoc eſt, ſtellulis: Alios autẽ tanq̃ ſuppoſititios, & Homero indignos, ſubmouerit familia, idq́ adſcriptis obelis. i. verubꝰ, q̃ hodie adhuc in q̃buſdã codicibꝰ videri licet.

Hoc ſtudiũ Origenes in re theologica nõ neglexit, nec eiꝰ æmulator Hieronymus, velut indicãt multæ eius præfationes in ſacros libros.

Excutiendũ. Id eſt, diligentiſſime euoluendũ. Ius. Autoritatem.

Nec citra Muſicen. Muſica conſtat ex conſenſu & diſſenſu ſonorũ & vocum.

Metris. Dimenſionibus ſyllabarũ Sic vertit Fabius libro nono.

Rythmis. Numeris, modulis.

Ortu, occaſuq́ ſignorũ. Aſtrologiam ignorare non debebit.

Empedoclea in Gręcis. Diogenes Laertius q̃nq́ verſuũ milibꝰ Philoſophiã ab Empedocle tractatã eſſe ſcribit. Vñ & Ariſtoteles in lib. de arte poetica hũc nõ tã Philoſophis cõnumerat, dicẽs verſus qdẽ eẽ poetę, materiã autẽ naturalis Phiæ.

Ac Lucretiũ in Latinis. Extãt huius Titi Cari Lucretii ſex libri, de rerũ natura carmĩe heroico ꝑſcripti. Attamẽ q̃m Epicuri decreta exprimit, ſæpe ĩpurꝰ dep̃hẽdit̃. Et q aĩam mortalẽ dixit, & hoc in q̃nto libro.

Pręcepta ſapientiæ. Id eſt, rationes Philoſophiæ.

Proprie. i. accõmodatiſſime, rectis vocabulis.

Copioſe. Vbertim.

Dulcis ſecretoꝝ comes. Qđ videlicet ſecreta & arcana nr̃a, lr̃is mandare queamus per Grammaticam.

Plus operę. Negocii.

CAPVT. VI. Fo. IIII.

AEolicũ digãma. i. duplex gamma Æolum, qui populi ſũt in Gręcia.

Medius. Id eſt, vtrinq́ commixtꝰ & confuſus. Hoc illud eſt, quod Priſcianus lib. i. ſcriptum reliquit, dicens: Et i & u literę mediæ, alterius inter ſe ſonos videntur cõfundere.

Præter illam aſpirationem. Qua adſcripta vocalibus, ſignificemꝰ eas ſpiritu tenui pronunciandas, quemadmodum inter apices numerarit ſuam ψιλὼ, id eſt, leuigationem, & ex aduerſo δασεῖαν, aſpirationem.

Nota. Id eſt, ſignum.

Effectus, Scilicet ſpecies ipſius.



Species, Id eſt, forma.

Obliquat̃. Id eſt, liq̃dius ꝓnũciat̃, vel obliqus reddit̃ ſcripta, cui rñdet apud Latinos c. Itaq́ ꝑſpicuũ eſt, k & q in noſtro numero redũdare.

Si non quæſiſſemus. Id eſt, curioſe a Gręcis aſſumpſiſſemus.

Noſtrarũ vltima x. Priſcianꝰ apđ vetuſtiſſimos Gręcos tradit ξ nõ fuiſſe in vſu, ſeu in nũero lr̃arum, ſed poſtea ĩuẽtã a q̃buſdã, q̃ valeat quãtũ c & s, vel g & s. Hinc putat qđ nec apđ veteres Latinos in numero fuerit lr̃arũ, ſed poſtea a Grãmaticis inuẽta, ſit adhibita cæteris literis.

Apice vtebant̃. i. nota lõgę linee, quã Græci vocãt μακρὸν, q̃ ſupraſcripta vocalibus indicat eas lõgas eſſe, ꝙ nulla ſcilicet ĩ ſeipſam coeat.

Litera ſibi inſidit. i. coit ĩ ſeſe. prior cõſonãs fit, alioq coire nõ poſſẽt, qua de re extat caput apud Gel. lib. iiii. cap. xvii.

Et c. Diomedes de hoc ſtudioſiſſimus Fabii lector inq̃t. Q cõſonãs, muta ex c & u literis cõſtãs ſupuacua, qua vtimur, qñ u & altera vocalis in vna ſyllaba iungit̃, vt: Quirinus. Nota ꝑnominis Quintũ ſignificat, Itẽ honoris Quæſtorẽ ĩdicãs, nec minꝰ ppl'm, cũ ea notamꝰ q̃rites.

Tantũ. Solũ ꝓ tribꝰ nr̃is figuris, k s & q, nã duos accepit ꝓ cõſonãtibꝰ, vt: i & u, cũ apđ Græcos nulla vocalis cõſonãtis vim habeat, hinc eſt qđ ipſi ꝓnũciant Iacobꝰ, Ioãnes, ꝑ quatuor ſyllabas, cũ Latini eadẽ noĩa triſyllaba iuxta rationem Hebræorũ ꝓnũciare debeãt, ſũt enĩ origine Hebręa, quãq̃ Poetę noſtri verſus gratia aliquoties Græcorum rationem imitentur, vt:

Ne laceres verſus dux Iacobe meos. Sic Claudianus:

Si vetuſtis opibꝰ. Sic in auri numiſmatis veteri inſcriptione Angelus Politianꝰ teſtat̃ ſeſe ſpectaſſe feelix, pro felix, cuiuſmodi ſculpturã & nos in ære vidimus: Tum addit Politianus, in æreo Galbę principis monimẽto vertus pro virtus, nimirũ vt per e vltima ſignificet̃ lõga.

Placuiſſe Ciceroni. Antiq̃tatis. ſ. gratia, q̃, vt autor eſt Priſcianꝰ, geminare ſolebat ſcriptura ii poſita ĩter duas vocales, ſic Maiius, qđ ita accipiẽdũ ẽ, vt priꝰ i cũ ꝑcedẽte vocali ꝓnunciet̃ quoquo mõ, & ſeq̃ns cũ ſequente, ita vt vtraq́ ii conſonantis ſit loco.

Nã vt Valeſii. Per mutationẽ s ĩ r, cuiꝰ antiq̃tatis meminit etiã Titꝰ Liuiꝰ in tertio primę decadis, cõtra hãc rationẽ Æolũ populorum, q vt tradit Corĩthus, de linguarũ varietate, atq́ Priſcianus nr̃, loco aſpiratiõis digãma Æolicũ ponebãt, quos veteres Latini ĩ multis autores hñt. Quõ vero vnaq́q́ lr̃a cũ alia cognationẽ habeat, Cicero in Oratore ꝑfecto declarat, q Burrhũ, & Bruges ſcribit veteres dixiſſe, ꝓ Pyrrhꝰ & Phryges, nimirũ qđ Gręcã literam admitere nollẽt, ex q̃bꝰ verbis manifeſtũ ẽ, hoc loco Burrhus legẽdum eſſe & Bruges.

Literarũ q̃dã cognatio. Cognatio lr̃arũ, eſt affinitas q̃dã, q̃ alia in aliã trãſit, & mutat̃, vel deriuatione, vel etiã cõpoſitiõe, quarũ exẽpla exhibet Fabꝰ. Eſt quoq́ autore Priſciano, int̃ m & b magna cognatio, adeo vt apđ Græcos ĩ ꝑterito ꝑfecto paſſiuo primę cõiugatiõis, μ ꝓ β vſurpet̃.

Et magiſter. Nimiꝝ ꝙ cognatio ſit ĩter i & e vocales, adeo vt aliquoties ſonos inter ſe confundãt, qđ ſupra admonuit Fabius.

Et Belena. Indicante Priſciano ꝓ Helena aſpirata, quãquã & Æoles, quos in multis autores habemꝰ, Felena per digãma Æolicũ dicebant.

Vñ duellos. Ciceronis hæc ſũt in Oratore ꝑfecto, vbi ſic ait: Quid vero licẽtiꝰ, quã qđ hoĩm etiã noĩa cõtrahebant, quo eſſent aptiora: nã vt duellũ bellũ, & duis bis, ſic duelliũ cũ q Pœnos claſſe deuicit, Bellium nominarunt.

Stlatu. Feſtus Põpeius Fragmẽt. xvii. ſic ait: Stlatũ nauis eſt lata, parũ altitudinis habẽs, ſic dicta, qđ veteres locum Stlocũ, & lites Stlites, dicebant.

Sic vt οὐδνοσεὺς. Corinthꝰ autor de linguarũ varietate dicit, qđ Æoles in dictionibꝰ multis, q̃ iuxta cõmunẽ linguã ꝑ o paruũ ſcribunt̃, ſoleant & ſcribere & pronunciare ου diphthongo.

Quid o atq́ u ꝑmutatę. V quoq́ multis Italię populis ĩ vſu nõ erat, ſed e cõtrario o, vñ Romanoꝝ q̃q́ vetuſtiſſimi, in multis dictiõibꝰ loco eiꝰ o poſuiſſe ĩueniunt̃: vt, poblicũ ꝓ publicũ, polchrũ ꝓ pulchũ, colpã ꝓ culpã dicẽtes, & Hercoles pro Hercules, & maxĩe digãma añcedẽte, vt ſeruos ꝓ ſeruꝰ, clauos ꝓ clauꝰ.

Pro Diioui & Veioui. Inſcriptiones dedicationũ tẽploꝝ ꝓculdubio ſpectauit Fabius de Ioue Victore. Porro veteres Diiouẽ appellarunt, quẽ Enniꝰ Luceciũ vocat, apđ Gel. lib. v. ca xii. nimirũ q ꝑſit luci, dieiq́ & ſit ad iuuãdũ ꝓpẽſior. Nã & Iouem nocendi ſtudioſum colebant, appellatum Veiouem.

CAPVT. VII. Fo. V.

THeodectes. Hic Platonis & Iſocratis auditor primũ fuit, ex oppido Pãphiliæ, Pheſelũ a Stephano noĩatũ, extitit vnus ex illis, q ad Mauſoleũ dicẽdis epitaphiis & tragœdiis certarũt, atq́ autore Gellio victor abiuit. Scripſit cũ alias multas comœdias, tum præcepta artis rhetoricæ per verſus.

Hęc videt̃ ex ſyndeſmo. Nã Græci hãc oratiõis partem a cõuiciẽdo σύνδεσμον appellarunt, ſiq̃dem δέω verbũ Græcis ligo ſignificat & vincio, futurũ eius eſt δέσω, vñ δεσμὸς vinculũ dicit̃, συν aũt ꝑpoſitio cõ ſignificat.

A Philoſophis maxime Stoicis. Vt a Diogene & Chryſippo, qui apud Laertium quinq́ oratiõis partes numerant: Nomen, Appellationem, Verbum, Coniunctionem, & Articulum.

Vocabulum ab appellatione. Ad hanc ſententiam Diogenes Babyloniꝰ ita finit nomẽ: Nomẽ eſt pars, inquit, oratiõis, ſignificãs ꝓpriã q̃litatem, vt puta, Diogenes, Socrates.

Appellatio vero pars orationis, ſignificans communem qualitatem, vt homo, equus. Scaurus Grammaticus apud Diomedem, Vocabulũ ita finit. Eſt, inquit, quo res nominales vocis ſignificatione ſpecie nominis enũciamꝰ, vt arbor, lapis, hęrba.

Aſſeuerationem. Aſtructionem.

Complexum eſſe, id eſt, connexionem, complicationem.

A pleriſqꝫ, Scilicet a Palæmone, qui Fabii ætate vixit.

Non deſiderat, Sed in contextu orationis.

προσηγορία, Certe quod ad vocis originem attinet, προσηγορία, appellatio eſt dicenda. Nam προσηγορεύω appello ſignificat, vnde deriuatur προσηγορία: ſed & nomen, quod Donatus noſter appellatiuum vocat, Græcis dicitur προσηγορικόν.

Faſceatim, per faſces.

## CAPVT. VIII. Fo. V.

Liberum, id eſt, iniudicatum.

Feſtinatiõe ambitioſa, id eſt arroganti.

Compendio, id eſt, breuiore via proficiſcendo.

Vnde Syllæ, Ludi Apollinares bello punico primo ex libris Sibyllinis primum ſunt inſtituti, ſuadente Cornelio Rufo decemuiro, qui ꝓpterea Sibylla cognominatus eſt, & poſtea corrupto nomine primꝰ Sylla cœpit vocari, lib. i. c. xx. Macrob.

Burrhi, Burrhum dicebant antiqui, quod modo dicimus rufum, vnde ruſtici burram appellãt buculam, quę roſtrum habet rufum, quo modo rubens cibo ac potiõe ex prãdio, Burrhus appellat̃, a Gręco πυῤῥός, qđ igneũ colorẽ ſonat. Feſtꝰ Põ.

Galbæ, Dicti ſunt a colore auicularum, quæ iam Galbæ, iam Galbulę appellantur.

Serani, A ſerendo dicti ſunt.

Quod non minus, id eſt, quę voluntas diſcendi.

Rufus, A colore.

Lõgꝰ, A ꝓceritate corporis

Vbi erit. i. in qbꝰ originibꝰ noĩm.

Plauti, Qui a ꝑedũ planitie & latitudine dicti ſunt, nimirum origine gręca, qua amplus & latus πλατύς appellatur, indicat idẽ alibi Feſtus.

Pãſę, Qui diuaricatis atqꝫ diſpeſſis ſunt ꝑedibꝰ, ꝓprie ſunt dicti Panſę, qđ veteres Latini pãſum dicerẽt, ꝓ eo, qđ eſt expaſſum & dilatatum.

Scauri, Traduntur dicti, qui eminentioribus fuerint talis.

Agrippæ, Sũt autore Plinio, q ꝓpoſtero partu in ꝑedes naſcunt̃, ab ægro partu ſic appellati. i. difficili.

Opiter, Qui patre mortuo, & auo viuo naſcitur.

Cordus, Qui ſero & intẽpeſtiuo partu naſcit̃. Sic Piniꝰ lib. xviii. fœnũ illđ autũnale & ſerotinum, cordum a ruſticis dici admonet.

Poſthumi, Qui poſt humationẽ patris in lucẽ naſcunt̃, de quo lege caput apđ Aulũ Gelliũ lib. ii. c. xvi.

Vopiſcus. Si Plinio credimꝰ lib. vii. cap. x. Is Vopiſcus dicebat̃, qui recenti vtero naſceretur, e geminis altero interempto abortu.

Cottę. Quanquã expreſſum certi nihil de origine Cottarũ legere memini, tñ ex Suidæ verbis, rẽ ipſam coniicere ꝓpemodũ licet. Is ait, Cottã tam vehemẽtes ictus facere ſolitum tragula, vt nõ ſolũ hoſtis ꝑectꝰ, & latera traiiceret, verũetiã terræ adfigeret. Gręca nimirũ origine appellatũ ſignificans, q ictus vehemẽtiores, eodẽ Suida autore, κόττους nũcuparunt: niſi fortaſſis alicui veriſimilius videat̃, vocis ratione a malis Cotoneis trahere, quorũ ſtudioſus fuerit, qui primus cognomentum hoc meruerit.

Scipiões. Cognominati ſunt primũ a quopiã, q freq̃nter ĩ gradiẽdo ſcipiõe. i. baculo inniti cõſueuerit.

Lenates. A veſte, opinor, ampla & lata dicti ſunt.

Serani. A ſerendo dicti ſunt.

Caſu, Scilicet aliquo mirando.

Hinc, id eſt, ex hac etymologia, & originatione nominum.

Marcipor, id ẽ puer, hoc eſt ſeruꝰ Marci. Septimi caſus. Nã in Gręcorũ genitiuo, autore Priſciano ac Diomede, vt plurimũ ſexti ſunt caſus. i. ablatiui. Quę enĩ Latini efferũt ꝑ ablatiuũ, Gręci vt plurimũ ꝑ gtm̃: tũ aũt ẽ vis ſeptimi caſꝰ apđ nos, cũ nõ addit̃ ꝓpoſitio a vel ab, e vel ex, ac etiã de. Solẽt Græci ĩſtrumẽtalẽ cõſtructionẽ facere ꝑ datiuũ, queadmodũ nos ꝑer ſeptimũ caſum, velut indicat Theodorus Gaza lib. iiii.

## CAPVT. IX. Fo. V.

Et etiam. Qñ videlicet verba alioq ꝓpemodũ neutra, ĩ tertia ꝑſona paſſiue vſurpant̃, tũ ĩ prima nõ ſũt ĩ vſu, neqꝫ enĩ temere dicit̃, curror, & nauigor, & habitor.

Prãſus quoqꝫ. Nam vocem paſſiuam indicant, & tamen actiue accipiuntur.

## CAPVT. X. Fo. VII.

De virtutibus orõnis. Virtus orõnis ea eſt, q̃ orõ honeſtat̃, attolliturqꝫ ſupra vulgi ſermonem.

Emẽdata. i. mendis carẽs, & recta grammatices regula caſtigata.

Ornata. Pictura luminibꝰ & figuris, tã verborum q̃ ſentẽtiarum.

Apte. Accommodate, & ad rem, & ad tempus dicere.

Regula. Ratio, & amuſſis.

εὐφωνία. Vocalior ſonus, felix ſonitus. Ab εὖ aduerbio, qđ in cõpoſitiõe ſemp bonitatẽ ſignificat, & φωνή, qđ ſonũ ſignificat. Priſcianꝰ bonã ſonoritatẽ interꝑtat̃. Gelliꝰ aũt iam ſimpliciter ſonũ, iam vocaliorem ſonum vertit, de quo apud eundem.

Quod melius ſonet. Valerius Probus in hunc modum pręcipit. Si, inquit, aut verſum pangis, aut orationem ſolutam ſtruis, & verba dicenda ſunt, nõ finitiones illas prærancidas, & fœtudinas Grammaticorum ſpectaueris. Sed aurem tuam interroga, quid quo loco conueniat dicere, quod ſuaſerit, id profecto erit rectiſſimum, libro decimo tertio, capite vigeſimo.

Prima barbariſmi. Vitium in ſingulis dictionibus contingens barbariſmus vocatur. Solœciſmus, inquit Aſinius apud Gellium libro quĩto capite. xx. eſt impar, & incõueniens



compoſitura partiũ orationis, quã vetuſtiores Latini Stribiliginem appellarũt, Aſinius imparilitatem vocat. Gellius certe neqꝫ barbariſmi, neqꝫ ſolœciſmi nomen apud idoneos autores repiri dicit, & antiquos Nam, inquit, vt βάρβαρον antiq, ſic & σολοῖκον dixerunt.

Promiſſor) Alluſit, niſi fallor, ad hoc Horatii: Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?

Veſtibulũ) Cecilius Gallus apđ A. Gellium, libro. 16. capite. 5. veſtibulum eſſe locum vacuum ante iuſtum ędium ingreſſum dicit: Sic dictum autore Sulpitio, ꝙ olim, qui dominos ædium ſalutandos operirentur, eo loco conſiſtere magna multitudine ſolerent.

Perſius) Satyra quinta: Vertẽtẽ ſeſe fruſtra ſectabere canthum.

Sicut Catullus, Quod expreſſit ĩ epigrammate quodam de Æmilio hoc verſu:

Gingiuas vero Ploxeni habet veteris Exponit partim inciſionẽ capſarum, partim etiã capſam ipſam.

Illud prius, Scilicet vitium barbariſmi, qđ ſcribendo fit.

Hoc ſecundũ, Scilicet vitiũ, qđ loquendo fit. Diuiſione rerum, Quæ debent coniunctim efferri.

Sed vt parua, Putemus eſſe parua, ſed quę non ſunt vulgata, illudens ſcilicet M. Antonio.

Maſtruga, Quem purpura regalis non cõmutauit, cũ Sardorũ maſtruga mutauit: Cicero ꝓ Scauro.

Ruit anima late, pro eruit Virg.

Rectũ, id eſt, verũ: ſic loqt̃ Cicero.

In iactationẽ, id eſt, ad oſtẽtationẽ

Adiiciat literam, Quoniam poetę aliquoties nolint velint neceſſitate cogente id genus vitia in verſibus ex induſtria committunt, quod alias verba forſan in arctã metri legem non coirent. Sic Vergilius relligione dixit, appoſita l litera, neceſſitate ductus: alioqui cum re præpoſitio breuem faciat ſyllabam, in verſum non quadraſſet hęc dictio. Sic alibi Vergilius,

Teſtor chara deos, & te Germana, tuumqꝫ Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.

Sed quidam, Scilicet Grammatici, vt ſunt Donatus, & Diomedes.

Eruditionis, id eſt, varię lectionis.

Tinca Placentinus, Meminit huius Tincę Placentini Cicero in catalogo clarorum Oratorum, vbi faceti ſſimum hominem dicit fuiſſe, vt qui cum præcone Granio dicacitate ſolitus fuerit certare.

Pergula, Locus eſt columnis ſuſtẽtatus ante ædes, vel oĩbus, vel pluribus lateribus liberę aurę expoſitus, in quo deambulare veteres ſolebãt, hoc eſt, pergere, vnde & nomẽ factum, vtitur eo Plinius. 38. libro.

Metieo Suffecieo, Coniecturis aſſequi poſſum, apud veteres Męt ius in prima ſyllaba ſcribi ſolitum per æ diphthongum, & Suffęcius itidẽ per æ in ſecunda. Itaqꝫ hac ratione in datiuo dicendum fuiſſet, Ennio, Męt io, Suffetio: Sed quoniam ĩ verſum heroicum ſyllaba ĩter duas lõgas poſita non ingreditur, coactus eſt Ennius & mutationem literarũ & tranſmutationem facere: Nam æ mutauit, poſuitqꝫ e. Et e qđ ex diphthongo reliquum erat, tranſtulit in penultimum locum.

Canopitarum, Canobos, autore Strabone li. 17. ſolebat ſcribi, at Stephanus vna cum Plinio, canopũ vocat. Eſt autem ciuitas centum viginti ſtadiis ab Alexandria diſtãs, ſortita nomen a Canopo quodam, q illic ſit mortuus: Ciues Canopitę dicti ſunt.

Pręlegũt, Ad enarrãdũ ſuſcipiũt.

Venia, Ignoſcẽtia, quo Gelliꝰ vtit̃.

Thraſimeum, Sic legendum opinor, vt ſit & literæ u mutatio in i, quomodo ſępe ſcriptum deprehendimus, & adſit quoqꝫ trãſmutatio, id eſt, literarũ trãſpoſitio, alioq non eſſet, qđ Fabius dicit, exemplũ huic loco accõmodãdũ. Porro loci ẽ hoc nomẽ ĩ Vmbria Apulię regiõe vbi Romãi quodã ĩfeliciter pugnarũt.

Siſenna, Lucius Siſenna doctus vir, & ſtudiis optimis deditus, bene latine loquens, gnarus reipubl, non ſine facetiis, neqꝫ laboris multi, nec ſatis verſatus in cauſis, ĩteriectuſqꝫ inter duas ętates Hortẽſii & Sulpitii, nec maiorẽ conſequi poterat, & minori neceſſum erat cedere: huiꝰ omnis facultas ex hiſtoria eiꝰ ꝑſpici poteſt, Hęc Cicero in Bruto. Porro hanc hiſtoriam cum alii, tũ maxime citant Gellius & Priſcianus.

Aſſentio, Marcꝰ Varro lib. de lingua latina. viii. ita ait: Sẽtior nemo dicit, & id ꝑ ſe nihil eſt, aſſentior tamen fere oẽs dicunt: Siſenna vnus aſſentio ĩ ſenatu dicebat, & eũ poſtea multi ſecuti, neqꝫ tamen vincere cõſuetudinem potuerunt: Hæc Varro.

Analogiã, Analogia eſt ſimilis ſimilium declinatio, quam quidã latine ꝓportionẽ vocãt, qua probat̃ vt queadmodũ dicimꝰ, ſentio, diſſẽtio, conſentio, ita quoqꝫ ſimile compoſitum aſſentio dicamus, Gellius lib. ii. cap. xxv.

Verũ eſt, Marcꝰ Cicero in Oratore ꝑfecto, illud verũ appellare ſolet, qđ regula & ratio artis ꝓſcribit: falſum autẽ, quod huic eſt contrariũ.

Pexus, Id eſt, craſſus.

Pinguis, id eſt, impolitus.

Illic, id eſt, in aſſentio.

Hic, id eſt, in aſſentior.

Diuerſorum generum, Scilicet & immutatione, & detractione.

Per numeros, Quęcũqꝫ cadũt ſub mẽſurã, & põdꝰ, nõ habẽt multitudinis numerũ, Varronis regula.

Meſſala, Marcus Meſſala minor natu q̃ nos, nullo modo inops, ſed nõ nimis ornatus genere verborũ, prudens, acutus patronus, in cauſis cognoſcendis comportandiſqꝫ diligens, magni laboris, multæ operæ, multarũ cauſarũ: Cicero in Bruto.

Vendicauerunt, id eſt, peculiarẽ ſibi fecerunt. Similiter alia, Scilicet multa ſunt recepta.

Nã ſiue eſt falſum. Cõtra artis & analogię rationem vſurpatum.

Siue illud, Scilicet aſſentior.

Verũ ē, Cũ ratiõe grãmatica quadrat. Hęc quoqꝫ pars, Scilicet quæ aſſenſio dicit. Cõſenſu, id eſt cõſuetudine. Europai, Pro Europę, quo modo Verg. dixit: Aulai ĩ medio libabant pocula Bacchi.

Muſta, Malo mulſa legere: Octupla aqua elixa cum melle mulſum conficit, Paul. Egin. medicus.

Exciderunt, id eſt, peccauerunt.

Diuiſio, Scilicet eorũ q̄ debēt eſſe cõiũcta, σ'υνάιρεσιν καὶ συναλοιφὴν, Coagmentationem & colliſionem.

Italiã, Nã in hoc verſu, Vergiliꝰ primam ſyllabã Italię extēdit, cum alias ſit breuis: Hoc vitiũ, ſiue hũc metaplaſmum Diom. li. ii. ἔκτασιν, id eſt extenſionem vocat.

Pręterea, Hoc ſecũdũ vitiũ a Grãmaticis veteribus συςολὴ. id eſt correptio ſyllabę natura longæ, a συςτέλλω quod contraho ſignificat.

Triũpi, Politianus Miſcellaneorũ cap. xix. narrat a ſe ſpectatũ aureolũ numiſma, cui ĩſculptũ fuerit ad hũc modũ, Triũpi citra aſpirationē. Inſerebãt aſpirationē veteres nr̃i pleriſqꝫ vocibꝰ verborũ firmãdis roborãdiſqꝫ, vt ſonus earum eſſet viuidior vegetiorqꝫ, qua de re nõnihil & Marcus Cicero in Oratore pſtringit, ex quo loco Fabiꝰ ferme hęc trãſcripſit

Qua de re, De quo immodico vſu aſpiratiõis. Inde, Hac quoqꝫ ratiõe.

Declinato, Deriuato.

Accētꝰ, Lex accētuũ apd̃ Latinos res eſt pfacilis, mõ quãtitates ſyllabarũ ſint perceptę, Nã dictio monoſyllaba ſi breuis eſt, vel poſitione lõga, acutũ habet tenorē, ſed ſi fuerit lõga natura, circũflexũ habebit, vt res, ſpes, mas, os, Porro diſſyllaba dictio ſic moderabiť: Vtraqꝫ lõga exiſtēte, vel vltima, ſolũ eſt acutꝰ accētus ĩ penultima, ac ſi penultima lõga natura fuerit, & vltima breuis natura circũflectēda eſt penultima. Qꝫ ſi ambę fuerit breues, aut altera poſitiõe lõga, penultĩa acutũ habebit. Poſtremo ĩ polyſyllabis penultima ſemp erit ſpectãda, ea ſi eſt lõga & vltima breuis, oĩ mõ accētꝰ eſt in ipſa penultima acutꝰ: At ſi eadem hęc penultima natura exiſtēs lõga, ſeq̄ntē breuē habuerit, circũflectet, penultima vero breui exiſtēte, acuetur Tertia a fine. i. ãtepenultima.

Sonos, Scilicet corruptos vocũ.

Apice, id eſt, nota.

Tenores, Quaſi tēſiones, a græco verbo τείνω qđ tendo ſignificat. Si acuitur, Scilicet tũc grauis ꝑ acuta poniť. Quã, Mediam ſyllabam.

Cogētes, Coagmētãtes, vt ſi quiſpiã in gtõ autorũ dicat, is enim penultimã, q̄ debuit eſſe grauis, coagmētat ex duabꝰ ſyllabis in vnã, & ĩiuria flectit, cũ cõtractio nõ cõciliet circũflexũ accētũ, niſi altera ſyllabarũ ſimpliciũ añ habuerit acutũ tonum, quo modo flexus tonꝰ ex acuto & graui cõflatur.

Atreus, Noĩa apud Gręcos in ευς deſinētia, tonũ habēt acutũ in vltima, quēadmodũ teſtať Theod. ĩ. iii. & Stephanus alicubi: Iam vero autor eſt Diomedes ĩ. ii. artis Grãma. li. Gręca noĩa gręcis quoqꝫ accētibꝰ pnũciãda, ſi eędē maneãt lr̃ę. Porro q̄ Gręci in ευς nos in eus finimus.

Dicere ſolebãt, Cum veritas grææ rationis iubeat circũflecti.

Acuto ſono finiãt, Cũ tamē diſſyllabũ verbũ nullũ finiri poſſit acuto tono, cõcedentibus regulis, qñ illud conſtat. in diſſyllabis ſemp tonum eſſe in priori ſyllaba.

Quantũ & quale, Senſus eſt, quãtũ & quale ſi interrogamꝰ per ea erit vltima acuta, at ſi cõparamus, vltima graui tono eſt claudenda.

Quod, Diſcrimē in aduerbiis, vt ĩ pene, ferme, fere, ne ſi vltimæ graui enuncientur tono, putentur eſſe genitiui a fera ferę, & pœna pœnę.

Cõditionē, legitimũ locũ accētuũ.

Quod idem, Vt ſcilicet vno accētu efferať ꝑpoſitio cũ ſuo caſuali.

Euenit, id eſt, vſu venit.

Poſitiõe, Syllaba eſt lõga poſitiõe, qñ poſt vocalē breuē ſequunť ĩmediate duę cõſonãtes, qđ ſi hę fuerit mutę cum liquida, reddunt vocalē prępoſitam communem, vt vel corripi, vel extendi poſſit. Cuius difficilior, Scilicet legis accētiũcularũ.

δ'ιαλέκτους, δ'ιάλεκτος autore Corintho de linguarũ varietate, eſt ꝓprietas q̄dã peculiarē alicuiꝰ lĩguæ particularis characterē ſeruãs, Harũ ꝑcipuas q̄tuor recēſet Plutarchꝰ ĩ Homerũ ſcribēs, Atticã, Æolicam, Doricã, Ionicã: Cæterũ ſi q̄ſpiã oẽs exactius quęrere velit, deprehendet in vna gręce linguę differentias ferme viginti quatuor.

Omniũ voce, Accentiuncula, quoniam etiam ſi flexa fuerit, acuta eſſe merito diciť, qñ flexus ſonus cõponitur ex acuto & graui. Neutra, id eſt, neqꝫ flexa neqꝫ acuta ſyllaba.

Claudet, Diſſyllabam ſcilicet, vel polyſyllabã. Per ſonos, Scilicet corruptos pronunciationis.

ἰωτακισμοὺς, Autore Diomede, ē cũ i pleniore ſono pferť, addit Martianus Capella Metaciſmũ, cũ verborũ cõiunctio m literę aſſiduitatę colliditur, vt ſi dicas, mãmã ipſam amo, tum Martianus paulo diuerſius a Diomede finit.

λαβδακισμοὺς, Cũ ſcilicet l plurimũ diſſonet, cuius ſit exēplũ ſol, luna lucent, alba leui lactea: Iotaciſmũ vt ſi enũcies, Iuno Ioui iure iraſciť: Poſtremo Polyſigma vocat, vbi s litera crebriꝰ geminať vt: Soſia in ſolario ſoleas farciebat ſuas, q̄ ſi vera ſunt nõ video qđ nõ potuerit vitii loco numerari, qđ tñ Fabiꝰ negat.

ἰσχνοθέτας, Graciliores literaꝝ enũciationes, q̄bus vſu venit, vt hęſitemus, nec queamus celeriter verba contitinuare, quēadmodũ tradit ex Ariſtotele Ludouicꝰ Cęliꝰ antiquarũ lectionũ li. vii. Porro ἰσχνὸς gracilis & tenuis dr̃, & θέω pmo, effero.

πλατειασμοὺς, Pĩguiores & ampliores literarũ pnũciationes, qđ vſu venit illis, q pręter naturã virilē vocē affectãt: Nã πλατύσ latus & ãplus.

κοιλοστομίαν, α κοῖλος, qđ cauũ ſonat, & velut receſſum, & ςόμα, τος, quod os oris.

Receſſu, id eſt, in faucibus ipſis.

Nec vltima vnq̄, Scilicet in polyſyllabis vel diſſyllabis.

Prior, Scilicet ſyllaba eſt acuta, vt deus. Neutra, Id eſt, neqꝫ flexa neqꝫ acuta. Vocē, Scilicet diſſyllabã vel polyſyllabã. Per ſonos, Scilicet corruptos literarum.

Nationes reprehēdimus, Vt Erethriēſes, apud gręcos ſcriptores male audiunt, qđ aſperius crebriuſqꝫ r literã enũciãt: Sic hodie ab Italis ridentur Germani, in pronunciatiõe u conſonantis.

ὀρθοέπειαν, id eſt, rectã enũciationē, ab ὀρθὸς qđ rectum ſignificat, & ἔποσ, dictio, verbum.

Amarę corticis, Vergi. in Sileno. Tum Phaetontiades muſto circũdat amarę Corticis.

Vbi Vergilius corticē amarã in fœminino gñe dixit. Et ĩ. ii. Geor. Nã qua ſe medio trudũt de cortice gēmę. Vñ recētiores Grãmatici dubii gñris ſtatuũt hoc vocabulũ.

Calumnię, id eſt, malignę accuſaſationis vel interpretationis.

In geſtu, Palęmon rhetor, cuiꝰ meminit Suidas, cũ ĩ ſpectaculo eſſet, & videret tragœdiã a quodã inſulſo agi, qui inclamãs cælũ, oculos & manus in terram declinauit, rurſus aduocaturus terrã, oculos & manꝰ porrexit, hoc inquã, Palęmõ intolerabiliter ſpectauit: Succlamauit ergo: hic etiã manu ſolœciſmũ facit, diſſētiebat enĩ ſermo a geſtu corpis

Nutu, Capitis inclinatione.

Qui pleniſſime, De hac re tradũt.

Cauillationē. i. argutiã obiiciētiũ.

Nũq̄ in ſolo verbo, Scilicet qđ nõ referatur, ad aliquid aliud.

Nam id, Scilicet vitiũ ſolœciſmi.

Adiectiõe, Scilicet alicuiꝰ verbi.

In eo, Scilicet verbo.

Per genera, Vt ſi actiuũ ꝑ paſſiuo poniť. Detractione, Vt ãbulo viã.

Ægypto venio, Intelligiť de vľ ex

Ne hoc fecit, Vt intelligať deeſſe particula. Quidē, vt ſit, ne hoc q̄dē fecit. Autē nõ habui, Pro: nõ autē habui. Ex quo gñe, Scilicet ſolœciſmi. Igiť, Scilicet hęc particula.

Apud alios ſit, Quod igitur ponatur in principio orationis.

Diducunt, Id eſt, ſecernunt.

πλεονασμὸν, id eſt, abundantiã.

ἔλλειψιν, Defectum.

Inuerſiõis. i. trãſmutationis.

ἀναςροφὴν, a ςρέφω verto, & ἀνὰ, per: vt, Tranſtra per & remos.

ὑπερβατὸν, id eſt, ordinis trãſgreſſionem. Siue controuerſia eſt, Scilicet quæ facit ſolœciſmum.

Plurima huic, Plura habet accidentia. Modos, Quos Diomedes inclinationes animi appellat.

Formę, Species:

Eorum, Scilicet acutorum.

Alexãdriã, Nam adiectę ſunt hic prępoſitiones & in, præter rationē, quãdo autor eſt Diomedes, noĩbus ꝓpriis locorũ minorũ, vt vrbiũ & vicorũ, ex ſuperfluo apponi prępoſitiones: Rurſum propria locorum maiorũ, vt regionũ, præpoſitionem ipſam deſiderant, hæc Diomedes libro. i. de Aduerbiis.

ὑπερβατὸν, Cuius exemplum eſt apud Verg. in. i. Æneid.

Treis notus abreptas in ſaxa latentia torquet, Saxa vocãt Itali.

Sic enĩ Donatꝰ ordinat, Tres abreptas naues notus torquet ĩ ſaxa, quę vocãt Itali aras. Hęc ſpecies, & a Diomede tropis cõnumerať, q lõgiſſime abſũt a ſolœciſmi ſuſpitiõe

Sex, Scilicet Indicatiuus, Imperatiuus, Hortatiuus, Optatiuus, Coniunctiuus, & Infinitiuus: Adiiciunt enim illi, velut indicat Diomedes, Promiſſiuũ, & Subiũctiuũ: deducũt enim a coniũctione ſubiũctiuũ, qua de re vide Diomedem lib. i.

In verbi tota ratione, Fere dicit rationem totã dualis numeri, ĩ verbo ſeruari apud Gręcos nõ oĩnino verũ: Nã prima perſona dualis numeri ĩ oĩbꝰ pene actiuis deſiderať.

Rariſſimꝰ eiꝰ vſus, Nã vt autor eſt Diome. lib. i. apud vetuſtiſſimos Gręcos oĩno nõ in vſu fuit numeri ratio, ſed poſtea a curioſis q̄buſdam inuēta eſt, ita tamē, vt frequētius fere vſurparint antiquiſſimi, & pbatiſſimi ſcriptores pluralē numerũ ꝓ duobus, q̄ dualem, id qđ teſtantur verſus Homerici a Diomede citati.

Præterea, Scilicet fit Solœciſmꝰ, quod ſcilicet legere ſcripſere.

Aſpitatis, q̄ ſcilicet ē ĩ ſcripſerũt.

Scripſere, Paulo diuerſius hodie apud Ciceronē legiť ad hũc modũ, Nec vero reprehēderim Scripſere, Scripſerũt eſſe veriꝰ ſentio. Ex q̄bus conſtat, Fabiũ nõ tã verba q̄ ſententias Ciceronis citaſſe, legendumqꝫ in Fabio pro etiam eſſe.

Mollitum, Mollius factum.

Tota fere ratione, id eſt, coniugatione fit. Vſus apud Gręcos, Scilicet obſeruatio dualis numeri ĩ præterito pfecto actiuo. E contrario, Scilicet de pluribus dicitur.

Dixere, Scilicet cauſas ſuas, id eſt, dixerũt patronis oratoribus.

Veriꝰ, id eſt, magis ratiõi cõſonũ.

Comparationes, id eſt, comparatiua & ſuperlatiua.

Patrium, Scilicet nomen, vt Romanus, Thebanus.

An id impropriũ, Scilicet genus loquendi. Significatione, Scilicet apta ad propoſitum.

Deerat, Scilicet ad perfectionem ſermonis. Qꝫq̄ mihi haud diſplicet legere hoc loco aberrat, vt videlicet magnum peculiolum qui dicat, nõ compoſitione peccet, ſed a propria verborum ſignificatione aberret.

In ſenſu. i. ſignificatiõe ĩpropria.

Peculiolũ, Eſt autē peculiũ, autore iuriſcõſulto, ꝓprie, qđ ſerui aut filii familias habēt in ſolo, aut ſupellectile, aut etiam quod per militiam lucrifecerunt, cuius vſufructũ vel patres vel domini habeant.

Vt ĩ vocabulo. i. quēadmodũ in noĩe. In vtroqꝫ, In noĩe & ĩ verbo.

Tradere, Ad perfectã doctrinã.

Externa, Peregrina vel Græca.

Eiuſdē generis, id eſt. eiuſdē orationis partes.

Hic aut, Pro an. Quia alid̄. i. nõ.

Alterum, id eſt, ne.

Vetandi, Prohibendi.

Hoc ampliꝰ, Scilicet qđ maiꝰ eſt.

Loci, Scilicet ſunt ambo.

Eo tamen intus,Scilicet ſi dicat.

Compreheſionis,Cōpoſitionis.

Vnius,Scilicet particulæ.

Faciem,Speciem & formam.

Tragœdia Thyeſtes, Per diſconuenientiam generis.

Ludi Floralia,id eſt,ludi inſtituti in honorē deę,Florę, quā veterū ſuperſtitio ſegetū florulentię pręfecerat. In his ludis iuuenes ac puellæ nudi choreas ducebāt, velut īdicat alicubi Macrobius in Saturnalibꝰ.

Ac Megaleſia,Ludi vero Megaleſia erāt,quos poſtea Megalēſes vocabāt,celebratos in honorē magnorū deorū,Iouis,Iunonis,& magnæ matris Cybeles,deriuato vocabulo a μέγας μεγάλου,quod magnū Gręcis ſignificat.

Interciderunt,id eſt, exoleuerūt, & ab vſu remota ſunt.

Schemata,id eſt,figurę.

Fere,id eſt,ferme.

Aliquā,Propter quā ſcilicet ſic dicatur. Per imprudentiā,Ex inſperato,improuiſo. In eadē ſpecie,Facie ſolœciſmi. Quibus mares, Vt Murena, Cotta.

Et neutralia, Vt Glycerium.

In ordinem,Scilicet in præceptiones incideret.

Inhonoratam,Non illuſtratā noſtris pręceptionibus.&c.

Hoc amplius,id eſt,propter hoc.

Peregrina,Alterius linguæ.

Venerūt,Scilicet ī vſū latię līguę

Thuſcis,Populis Italię,vbi modo Florentia eſt.

Vectiū Oratorē,Cuius etiā meminit Marcus Cicero in Bruto.

Pollio Aſiniꝰ patauinitatē,id eſt, vitium quoddam patrii ſermonis. Patauiū vocatur hodie Padua ſub Venetorum ditione.

Pollionē,Fuit hic Pollio æmulus Liuii & Salluſtii in hiſtoriis ſcribendis,cuius æmulationis vitia multa ſunt in Noctibus Gellii,cui plerique aſcribunt immodicas illas verborū periodos & circunlocutiones.

Petoritū genꝰ ē vehiculi apđ Gelliū,libro decimo qnto.capite deciō, vbi plura de hoc vocabulo ꝑſtringuntur. Circo,Maximo Romę,vbi Circēſes ludi agebant: Dimittebat enī cretata mappa ei,q vicerat curru:indicat hoc Martialis,inquiens: Cretatā ꝓtor cū vellet mittere mappam, Pręrori mappā ſurripit Hermogenes. Hęc diuiſio,Scilicet verborum. In alia,Latina.

Alia,Peregrina.

Et cōfeſſis,Manifeſtis,vbi nſa deſunt,maxime in exprimēdis magiſtratibꝰ & dignitatibꝰ Romanorū.

Mutuant,id eſt,mutuo aſſumūt.

Externa.i.Peregrina,vel Græca.

Amatorem,Affectatorem.

Ex latina ratione, Ex forma diſpoſitionis Latinę.

Parū conueniat,id eſt,deceat maieſtatem linguæ Romanę.

Potētiorē,Vberiorē, q̃ aū fuiſſet.

Alienis egere,id eſt, aliena forma declinandi.

Pronūciarūt,vetuſtiſſimi Latini,

Quia,Scilicet media ſyllaba producta pronunciari.

Prima poſitio,id eſt, nominatiuꝰ.

Palemo,Pro Palemon.

Nec in a quidē,atque in s, id eſt, in as,in qua terminatione apud Grecos declinationes ſunt primę.

Temere,Facile. Cœliū M.Oratorem, Pelia,Pro Pelias.

Euthia,Pro Euthias.

Ciceronē,In libro de inuētione.

Olympo,Nō hoc mirū eſt,quando nec Gręcus qdē ſermo patit anrepenultimā acui, vltima ſaltē longa.Propterea niſi fallit codex deprauatus,Fabiꝰ noſter hoc loco memoria Grecę rationis lapſus eſt,qua olympo & tyrāno plane eodē accentu efferunt:niſi forte qſpiā malit a Fabio ſpectari Atticā accētus rationem, qua tertia a fine acui poteſt, etiā vltima lōga. Qđ ſi verum eſt, aſpexit Fabius ad noīa hęc Attice ſcripta,hoc eſt per ω in fine noīatiui,quemadmodū dicit eadē ꝓprietate μενέλεως & in datiuo μενέλεω: ſic genitiuus Achillis & Vlyſſis, ꝑ Achilleos & Vlyſſeos,Græci enim ἀχιλλεὺς,έοσ declināt, & ὀδυσσεύς,έοσ,& inde veteres Latini,vt videt innuere Fabius,nominatiuū Achillus,Vlyſſus formarūt,latina terminatione,vnde fiunt Latini genitiui Vlyſſi & Achilli,vſurpati a Vergilio:Q̃ꝗ Grammatici Latini apud Vergiliū in his genitiuis annotēt Apocopen,id eſt,abſciſionē vltimæ literę,vt ꝑ Achillis,Achilli dicamꝰ

Grecas declinationes, Sic Diomedes poſt latinas ponit q̃tuor grecas

Latinam rationem, Scilicet inter declinationes:

Decor.i.maieſtas latini ſermonis.

Calypſonē,Latina ſcilicet ratione, in accuſatiuo. Cęſar vtitur,Scilicet in lib.de Analogia. Sed autoritatē,Scilicet Cęſaris. In cęteris, Scilicet nominibus Græcis.

Vtroque modo,id eſt, vtraque ratione declinādi. Grecā figurā,Scilicet declinandi. Repugnātibus,Scilicet prępoſitionibus. Alioqui,Cū ſcilicet non repugnāt. Vt incompoſitus,Ex in & con.

Subabſurdū,id eſt aliquātulū abſurdum,vel abſurdum.

Maleficus,A male & facio.

Ex tribus,Scilicet partibus orationis diuerſis. Non conceſſerim,Facere compoſitū. Cicero,Scilicet in Oratore perfecto.

Quaſi luere,id eſt, placare deum per Caprū mactatū:Luere,litare,ſacrificare ex ſue ſcilicet,oue & tauro,qđ Homer.cū alibi tū Odyſſ.xi. ἑκατόμβην appellat:q̃q̃ ei ἑκατόμβη ſacrū primū dictū ſit,a centū bubus immolandis,vſus tamē accepit tēporis ꝓgreſſu ꝑ ſolitaurilibus.

Incōpoſitus,Nam,in,diminuit ſignificatum eius vocis cui pręponitur,Per autē contraria ratione auget:quę cōponendi forma,Fabio videtur,non placet q̃q̃ apud autores vna aut altera vox hoc mō compoſita deprehenditur.

Repādroſtrū,Recuruū roſtrum.

Incuruiceruicum pecus, Scilicet qđ habeat ceruicem incuruam.

Biclinīū,Locus eſt habens duos



lectos,ex bis latino,qđ duo ſonat,& κλίνη greco,quod lectum ſignificat.

Contra.i.ex peregrino & noſtro.

Epitogiū,Amictus quo ſupra togam vtimur.

Anticato.Ex,ἀντὶ ꝓpoſitione greca,& Cato latina.Porro Iulius Cæſar libros duos aduerſus Catonem Vticenſem conſcriptos, Anticatones pręritulauit,quemadmodū autor eſt Suetonius.

Epirhediū,Vehiculi genus eſt,in modū rhedæ,aut ſuperior pars ipſius rhedę,ab ἐπὶ qđ ſupra ſignificat,& a rheda Gallico vocabulo.

Aufugit,Pro abfugit,

E republica,Pro,ex repub.

Tota,Scilicet compoſitionis.

Succedit,Minus feliciter cadit,id quod minus ſuccedit.

Mirati,Ad ſtuporē vſque laudamꝰ κυρταύχενα īcuruiceruicū a κυρτὸς quod curuū ſignificat,& αὐχὴν qđ ceruicem ſignificat,vnde κυρταύχενα,id eſt,incuruiceruicum.

Natura,Impoſitione.

Loco,Vſurpatione.

Audendū tamē aliqd,In nouandis vocibꝰ,& maxīe illis ꝑmittit tū Cicero,tū Fabiꝰ,q Græcos autores trāſferēdos ſuſcipiunt,cū vocabula iuxta Horatiū greco fonte cadāt.

ὀνοματοποιΐα,Nominū nouorū affectio,ad imitationē ſoni,quē ſignificare debēt,vt eſt clāgor tubarum.

λίγξε βιός.i.īſonuit neruꝰ,a λίγγω qđ ſono ſignificat:Iliad.lib.iiii.vterque eſt locus. Sua propria.

Scribentibus,Scribere eſt ad ingenii gloriam ſtylum exercere.

Ratione,Regula.

Analogia,id eſt,proportio,ſimilis ſimilium nominum declinatio.

Etymologia,Ratio vocis.

Religio,id eſt,timor quidā q antiquis debetur,ſiue reuerentia.

Modulatione,Menſura.

Vtroque,Vocabulo.

Quorum alterum,Rationem habet,alterum non.

Imo de ſtirpe,Pro de īma ſtirpe.

Aerię quo congeſſ.Pro aerii palūbes,Verg.i Bucol. Forma,Scilicet inſculpta. Analogia pręcipue,Scilicet exigit acre iudicium.

Rationem,Regulam.

Modo fatēdi , id eſt,īdicādi.

Repeto,Memoria recolo.

Naturā,Originationē, etymologiā. Simili poſitiōe,Terminatiōe.

Ennium Pictoremque Fabiū,Vtrūque antiquiſſimū annaliū ſcriptorem.

Illud,Caput. Poſitum,id eſt,abſolutum,& per ſe impoſitum.

Hoc,id eſt,pater.

Cogat Ceres dici Cereris,id eſt, tā varii ſunt genitiui nominū deſinentiū in es,Ceres qđ Cereris facit, reliqua noīa in es finita coget terminari in ris ſyllabam in genitiuo.

Poſitionis,id eſt,thematis eiuſdē.

Flexus,in diuerſas declinationes.

Quid quo modo,id eſt,quo vnūquodque nomē caderet, & īflecteretur.

Inherent,Pertinaces ſunt.

Audiuiſſe.i.Pro audiiſſe & ſciſſe

Frugi,id eſt,commodus.

Neſciebamꝰ,Scilicet:ē enī Ironia

Odioſū,Durū,moleſtū, īcōſuetū.

περίεργον ,Curioſum dicitur,quicquid non pertinet ad rē & opus.

ὀρθοέπειαν,Rectā rationē loqndi.

Inhęrēdū ei,id eſt,analogiæ.

Multum literatus, Ironia eſt his vocabulis iam abrogatis.

Adiiciat,Viæ tritæ ſcilicet , duc, dic,fac. Obliqs,id eſt,terminatione obliquorū. Vt cū ebur,Senſus eſt,inſanire mihi vident,q in nominatiuo ebor & robor dicere volunt, propterea qđ hęc noīa in obliquorum penultima o literam habeant.

Et guttur, Propterea ſcilicet,qđ nominatiuus in ur,an per o,an u declinandū eſſet,cōſuetudo certe obtinuit,vt iecur iecoris,femur femoris dicatur. Qđ, Scilicet ꝑcipere.

Licentioſum,Licentia plenum.

Antonius Gnifo,Nobilis Grammaticus ætate Ciceronis,cuius ludum literarium,vt teſtatur Macrobius,etiam Marcus Tullius,poſt forenſes labores,frequentare conſueuerat,nimirum quo puerilium ſtudiorum memoriā velut refricaret.

Marmur,Per u ſcilicet,etſi cōſuetudo marmor obtinuit.

Fieri,id eſt,inclinari.

Affinitatem,Cognationem.

Attigi , Perſtrinxi de literis,ſcilicet cap.vi. Poſitiōes, Nominatiui.

Diuerſas figuras,Alienas,& diſtātes inter ſeſe.

Quod,id eſt, primis poſitionibus ſtatim mutari.

Vlterius,Reliqua tempora a præterito formata.

Nec preteritum refert,Sēſus eſt, poſſet quiſpiam nobis obiicere, qđ hęc vel nomina,vel verba inclinari queant in ea,qbꝰ dicunt carere,& ſi forte īuſitata ſint,huic obiectiōi Fabius tacite reſpōdet , nihil īntereſſe, habeat ne verbū nulla oīno inclinata,aut ꝑdura.i. admodū inuſitata: Neque vero tātillū ad rē pertinet, qđ Raphael hoc loco argutat de mutāda lectione. Genitiuo ſingulari, Cum ſcilicet ſit inuſitatꝰ, ꝑdurus.

Quomodo,id eſt,qua ratione analogię vel proportionis.

Senatus ſenati,ſic & Terētius, nihil ornati,nihil tumulti, ꝓ ornatꝰ.

Latine, Quēadmodū Latiniſſimi ſcripſere,& locuti ſūt. Grāmatice loqui,Iuxta regulas ꝑſcriptas ab ipſis Grāmaticis. Nimiū.i.plꝰ ſatis.

Etymologia, ἔτυμον enī Grecis verus dicit,& λόγος ſermo vel locutio,īde ἐτυμολογία dicta eſt.

Neceſſariū,id eſt,admodū ad rē ꝑtinētē. Marcus Cœlius orator,Cuius meminit Cicero in Bruto.

Interpretatione,id eſt,alteratione mētis,quoniā creditū ei nō fuiſſet.

Sedes,Eſt vnde ad propoſitā quæſtionem argumēta trahuntur, quibus propoſitum noſtrū probemꝰ,& alteriꝰ refutemus: Videtur autem locus a definitione generalior eſſe, & ſub ſe cōtinere locū Etymologię velut ſpeciē,& partē quandā.

Triquetrā,id eſt,triangularē:huiuſmodi enī figura Siciliā circūſcribi coſmographi ſunt autores,& in primis Pli.lib.iii.Triquetrā, qđ cō-

ſuetudo obtinuit, Triquedrã, qđ ratio & originatio ſuadet, vt ſit a græco ἕδρασμα, quod ſedẽ & locũ ſignificat, nonnunq̃ & finem.

Bruti, Scilicet appellent: Titꝰ Liuius, Iuniũ primũ cõſulẽ Romanũ Brutũ appellatum ſcribit, qđ metu Tarqnii Supbi, ex ſtultitię ſimulatione inſidias & ſuſpiciones cauerit. nimirũ a brutis & ratione carẽtibꝰ animalibus ſumpto vocabulo.

Publicolę, Dicti ſũt a Valerio cõſule, q vt autor eſt idẽ Liuiꝰ, primus populo Romano faſces ſubmiſit, vñ dictꝰ eſt Publicola, qđ populũ veluti coleret, & eiꝰ volũtati ĩſeruiret.

Pithici, vñ dicti ſit, equidẽ non memini legere me apđ idoneos ſcriptores, opinor tñ a pſuadẽdi facultate nomẽ ductũ, ſiquidẽ pſuaſiõis dea, quã Latini veteres Suadã vocarunt, a Græcis πειθὼ nuncupatur: Alii legunt Pici.

Latiũ, Dicta eſt pars q̃dã Italiæ, ꝙ Saturnus cũ tyrãnidẽ filii Iouis fugiſſet, illic latuerit, cuius rei meminit & Lactantius.

Italia, Si credimꝰ Marco Varroni ab armẽtorũ & boũ copia, q̃ ĩ ea eſt. noĩata fuit: Nã veteres boues ἰτάλους vocabant: At Vergili. Maro, verſibꝰ indicat dictam ab Italo duce quopiam eiꝰ regionis, prior etymologia eſt apud Gellium.

Beneuẽtũ, Oppidũ eſt Samnitiũ, qđ autore pli. lib. iii. ante Maleuẽtũ dicebat̃, ſed poſtq̃ a Romanis captũ eſſet, auſpicatiore vocabulo Beneuentum dictum fuit.

Capitoliũ, Dictũ eſt, qđ illic a fundamẽti foſſoribꝰ caput humanũ ſit effoſſũ, autor eſt Liuiꝰ li. i. ab vrbe.

Argiletũ, Appellatũ ſcribit Feſtꝰ Pompeius poſt Varronem, ꝙ illic a Mercurio occiſus ſit Argus: Alii ab argilla terrę genere originationẽ ſumũt: Eſt aũt locꝰ ſub Palitio mõte.

Eius rei, Etymologię.

Fatigantur, id eſt, exercentur.

Ad veritatem, id eſt, ad fontem.

Inde, id eſt, ſtudio iſtius rei.

Prauis ingeniis, Si ſint ingenio prauo prediti.

Nam & hoc, id eſt, iudicare.

Indubitata, Scilicet ſunt, quam habeant etymologiam.

Iam ſit, id eſt, vera etymologia.

Lepus, Marcus Varro apud Gellium lib. i. Noctiũ Attic, refutat hãc leporis rationẽ, a pceptore ſuo Lælio traditã, aſſerit enĩ vocabulũ eſſe priſcũ Grecũ qđ recẽtiori Grecorũ lingua λαγὼς, id eſt lepus dicatur.

Luſus, id eſt, Schola.

Etiã ne hominẽ, Quaſi dicas hominẽ, quã Etymologiã Lactã. in lib. de Opificio cõprobat, & q̃q̃ rideat̃ a Fabio, habuit tamẽ ſuũ fundamẽtum etiã in Hebręorũ lingua, ſiquidem Hebręi duplici vocabulo hominẽ appellãt, AENOS dicũt hominem, ea ratione, qa ex pulcherrima huiꝰ mũdi ſtructura, nõ ceſſat deũ cõditiorẽ admirari, laudare, & amare, id qđ veri hominis propriũ eſt: Alterũ eſt, ADAM qđ autore diuo Hieronymo, hominem ſonat e terra ſurgentem.

Inhumanum, Inciuile ſcilicet.

ἠιθέους, Cœlibes iuuenes dici, nimirum a deorũ vita ſumpto vocabulo: nam θεός Grecis deũ ſignificat, & ἤι ſemp, qđ horũ caſtimonia perpetua ſit: Q̃q̃ gentilium ſuperſtitio etiam cælũ adulteriis oppleuit, vt tradit Plinius lib. ii.

In inuentione, Subtiliũ etymologiarum. Agrũ, Grece enim dicitur ἀγρός. Ex vocibus, Scilicet manifeſtũ ſit duci. Vertere, trãſmutare. Tanti fuit, In tantũ placuit.

Habitu, id eſt, proceritate.

Etiã deriuata, Scilicet ſubiecerũt etymologię. Arte, Etymologica.

CAPVT. XI. Fo. VIII.

ASſertores, Autores, vẽdicatores. Intermiſſa, Scilicet aliquot temporibus.

Manifeſta, Apparentia nimiũ, & immodicum ſtudium antiquitatis præ ſe ferentia.

Affectatione, Immodico ſtudio alicuius rei. Vltimis, Antiqſſimis. Toper, Cito.

Antigero, Valde.

Exantlare, Exhaurire, perferre: a Grecis ἐξαντλάω qđ exhaurio ſignificat. Proſapia, Generis ſeries.

Saliorũ, Sacerdotũ. XII. quos Numa Pompilius, ſecũdus rex Romanorũ Marti Gradiuo legit, q ſacra quędam carmina, picta tunica induti, per vrbem ſalientes canerẽt: vnde nomen habẽt: Liuiꝰ libro primo.

Cõſecratis, Iã dicatis ĩ vſũ ſacrũ.

Perſpicuitas. i. facilitas ĩtelligẽdi. Q̃ ſit vitioſa. i. valde, per admirationẽ. Vt nouorũ, Ex nouis vocabulis maxime vetera, iã vſurpatiora a doctiſſimis. Noua, Vſu noſtri ſeculi approbatiora. Quid pſuaſerint, Quę vocabula reliquerint nobis imitãda. Lurchabũdũ, Eũ qui raptim & impetu vorat: Lurchonẽ enim vocamus guloſum. Hos lodices, Cum ſit fœminini generis.

Pollioni, Oratori, cuius meminit Cicero in Bruto, qui Salluſtium inſectatus eſt, autore Gellio.

Atqui, id eſt, licet.

Cœlio, Oratore, cuius meminit Cicero in Bruto.

Colos, Pro color. Alii habent collos, vt ſit accuſatiuꝰ plralis a collũ.

Caluus perſuaſerit, Caluꝰ poeta Elegiographus, vel potius Orator.

CAPVT. XII. Fo. VIII.

COnſuetudo, Scilicet ſequendorum vſu vocabulorum.

Iudicium, Virtus quædam ingenii, qua decernimus quid ſequendũ quid refellendum.

Vnde enim, Scilicet ſperandum.

Velli, Scilicet pilos ſub alis, & pudendis.

In gradus, Gradatim ſcindere.

Perpotare, Qđ totũ eſt molliciei.

Reprehenſione, Scilicet luxus & molliciei.

Inſederit, Perſuaſum ſit.

Tranſeam, Taceam.

Theatra, Omnes ſpectatores, cõtinens pro contento.

Circi, id eſt, ludorum Circẽſium ſpectatores.

Oẽs barbare, Corrupte, vitioſe.



CAPVT. XIII. Fo. VIII.

INfra Grãmatici. i. miñꝰ eſt, quã qđ Grãmaticꝰ tradere debeat.

Malus. Nã cũ prior ſyllaba lõgã lineã ſupraſcriptã habet, arborẽ ſignificat, cũ aũt breuẽ apicẽ, & curuum vt ſurſum ſpectet, continet, ſignificat non bonum.

Obtinuit. Inter b & p poſtpoſitas lfas vocalibꝰ & cõſonantibꝰ, maxĩe mutis prępoſitas, nihil ferme diſcriminis ſeruari põt, ppterea qđ etſi diuerſæ. ſ. ſũt mutę, gñe tñ eiuſdẽ fere ptãtis, vñ ſit vt altera in alteram trãſeat. Immunis. Cõpoſitũ enĩ eſt immunis, ab in qđ priuat, & munꝰ, ſignificatq̃ eũ, qui ab aliquo vacationẽ habet.

Nã K qdẽ. Vt Kartago, & Kalendæ. Hęc enĩ atq̃ alia q̃dã p ſolã K ĩ veteribus Romanorum monumentis tradit ſcribi Valerius Probꝰ de literarum ſignificatione.

Nã illa vetuſtiſſima. Haud dubiũ eſt, quin hic locus miſeris modis ſit deprauatꝰ. Attamẽ cũ ſenſum Fabii adhuc velut e ruinis colligere licet, nõ eſt animꝰ qcq̃ ĩmutare. Porro ſẽſus hic habet, qđ apđ grecos quoq̃ priſcis tpibꝰ pauciores lfæ fuerint, qñ apđ nos vna & eadẽ lfa o iã longa, iã breuis eſt, ita quoq̃ apđ veteres Græcos fuerit vnũ tãtũ o, qđ iã extẽderet̃, & cõtraheret̃, qđ id quoq̃ in e vſu veniſſe apud Grecos teſtatur Theodorus Gaza libro tertio, adiectã ſcilicet ſignificans.

Prout. Id eſt, iuxta quod.

Palus priore ſyllaba pducitur, dum ptică & vallum ſignificat: palus paludis, locũ paluſtrẽ corripit̃.

Et cum. Etiam neceſſarium eſt.

Nota, Id eſt, apice longo, vel breui.

Pluris ne quis. Scilicet putet genitiuum ſingularem eſſe.

Adiectione i literæ. Datiui omnium declinationum Græcarum vltimam vocalem iota habent, vel ſimpliciter expreſſam ſua ſyllaba, velut vſu in quinta inflexione, vt βῆμα, βήμαι, vel adſcriptam vltimæ ſyllabę, minori tamen nota, quẽadmodũ cõtingit in quatuor declinationibꝰ prioribus, q̃q̃ hodie nõ aſcribit̃ vltimę iota, ſed ſubſcribit̃ punctuli ĩ modũ ita, ληιστῇ. Nã deriuat̃ a ληίζομαι, qđ prędor ſignificat Latine.

ληιστῇ, id eſt, latroni.

Coniũctio, Scilicet aduerſatiua.

Comitẽ, id ẽ, comitatũ, ſocietatẽ.

Si vero qum per q, Si eſſet cõiũctio cõtinuatiua, vel conditionalis.

Et quotidie, Scilicet cẽſuerũt ſcribẽdũ. Verũ hęc, Scilicet diſcrimia.

Inter ipſas, id eſt relata ſunt hęc inter ineptias.

Ratio, Veritas loquendi.

Temeti, Priſca Latina lingua temetum vinum dictum eſt.

Pauciores literę, Nã tãtũ ſexdecĩ fuerũt literę, qua de re vide Pliniũ lib. vii. & Priſcianũ libro primo.

O literę, Scilicet vis eſt diuerſa.

Roſtrata, Quę roſtra habebat.

Interim, Aliquando.

G quoq̃, Scilicet adiecta, ſignificat vltimas ſyllabas.

Veſperꝰ, Stella q̃ veſpi primũ apparet. Sic Marcus Varro exponit.

Ad Accium, Poetã tragicũ, cuiꝰ meminit, Gelliꝰ lib. xvii. cap. vltimo.

Greci ει, Vſurpãt hoc cõtractione facta ex ε ι breuibꝰ ſyllabis in lõgam η, id qđ vſu venit ĩ datiuis nominũ cõtractorũ primę rationis.

Lucilius, Scilicet in verſibus grãmaticarum rerum.

Quod quidem, Scilicet diſcrimẽ ſeruare in ſcripto.

Pictai, Diues pictai veſtis & auri: Verg. ix. In iiſdem, Nominibus.

Primę, Scilicet declinationis.

In hac pte, Scilicet vſus diphthõgi æ. Infra, id eſt, poſt.

Atqui, Sed.

Inſcriptione, Cuiuſmodi ſunt figurę numiſmatum.

Quia ſubiecta ſibi vocalis, Ratio plane nihil valet, quando prius illđ u nõ eſt vocalis, ſed cõſonantis loco ponitur, quoties ſeipſam pcedit, vnde coniectura eſt in ſeruus & ceruus, eã vocẽ a Fabio ſentiri, quã redderẽt ſcripta per f, qđ ad ſonũ u cõſonantis nonnihil flatus adiicit.

Nam &, Pronũciamus Caius p g, qa g ſonat, & per c ſcribit̃: cuius rei rationẽ reddit Diome. li. ii. qđ apud vetuſtiſſios latinos nõ fuerit vſus g literę, ſed c tantum, quę tertiũ locum in ſerie literarum ita occupet quẽadmodũ apud Grecos quoq̃ γ.

Enotamus, id eſt, ſcribimꝰ ad diſcrimẽ aliorũ. In nota, Signo.

Generis, id eſt, rationis, quę mutata ſunt conſuetudine.

His, ſcilicet pbãdis aut ĩprobãdis Quod, Quantum.

Depoſitum, Sibi commiſſum.

Hęc enim, Scilicet analogia, etymologia, orthographia.

Nec ipſe, Scilicet puto.

CAPVT. XIIII. Fo. IX.

LEctio, Cognitio recte loquẽdi Suſpendere Spiritũ, interquieſcere.

Flexu, id eſt tẽperata voce.

Lentius, id eſt, tardius.

Intelligat. i. intelligere oportet.

Poetę canere ſe teſtantur, Diuus Seuer. Boethius lib. de Muſica. vii. cap. xii. ſic ait. Omnis vox aut συνεχής, id eſt, continua, aut διαστηματική, quæ dicitur cũ interuallo ſuſpenſa. Cõtinua ea dicitur, qua loquentes, vel proſam orationem legentes, verba percurrimus: feſtinat enim tunc vox, cum non hęrere in acutis & grauibus ſonis poteſt, ſed q̃ velociſſime verba percurrere expediendis ſenſibus, exprimẽdiſq̃ ſermonibus. διαστηματική autẽ eſt ea, quã canendo ſuſpendimus, ĩ qua nõ ſermonibus ſed modulis inſeruimus, eſtq̃ vox ipſa tardior, & p modulandas varietates quoddam faciens interuallum, non taciturnitatis, ſed ſuſpenſę ac tardę potius cantilenę. Hiis, vt qdã autumãt, addit̃ tertia differẽtia, q̃ medias voces poſſit includere, quã Victruuiꝰ/lib. de Arch. v. cap. iiii. medianã nũcupat, cũ ſcilicet Heroũ poemata legimꝰ, atq̃ cõtinuo curſu vt pſam, neq̃ ſuſpẽſã ſegniorique mõ vocis, vt cãticũ

Pſalmate, ψάλλω autore Suida, ꝓprie ſūmis digitis chordas muſicorum inſtrumentorum attingo, quo gracilior & tenuior, & magis tinnula reddatur vox: iā vero fœminarū vox natura eſt acuta, & graciliꝰ tinnit virorū grauitate: Itaq; factitiū illud gracilioris lectionis genꝰ, hoc loco a Fabio dānari videtur. Quicq̄ non diſplicet qđ Raphael plaſmate legēdum mauult, qđ ſit medicamētū efficax ad vocē emolliēdā, id qđ Perſius indicare videtur, vbi dicit:

Liquido cum plaſmate guttur
Mobile colluerit.

Prętextatum, Cum nondum virilem togam ſumpſiſſet.

Proſopopœias, Affictiōes, aut fictas perſonarum inductiones.

Flexum, Mutationē quādā vocis.

Tracturę, Hauſurę, ſumptur æ.

Inſederit, Inſueuerit.

Huic rei, Scilicet virtutibus horum Poetarū intelligendis.

Interim, Id eſt, dum nōdum virtutes eorum poteſt intelligere.

Spiritum, id eſt, audaciā, magnā fiduciam. Rerū, Scilicet quę narrantur ibi apud Horatiū & Vergiliū.

Tragœdi, vt Sophocles, Euripides.

Lyrici, Vt Pindarus, & apud nos Horatius in Odis.

Licenter, Per licentiā & Laſciuiā.

Elegia, Quę a deploratione mortuorum nomen habet.

Comata, Cęſurę, ſectiōes, īciſiōes.

Comata Sotadeorum, A prælectione, ſunt autē Trochaica crebris cęſuris diſtincta, eo ingenio, vt eodē metro ſeruato, retro legi queāt, quorum autor Sotades fuit, id qđ Martialis indicat his verbis:

Nec legis retro Sotadē Cinædā.

Amoueantur, Ab vſu puerorū.

In primis, Scilicet conferent Latini priſci ſcriptores.

Plus ingenio quā arte, Horatius quoq; in Latinis veteribꝰ artē deſiderat, & caſtigādi laborē, his verſibꝰ

Aut ignoratę premit artis crimine turpi, Et data Romanis venia eſt indigna Poetis.

Circa gloſſemata. Ariſtoteles in Poeticis lib. ſic inquit: Omnis vox aut propria eſt, qua videlicet ſinguli vtuntur, aut eſt gloſſa, qua cęteri hoc eſt, vt poſtea ipſe exponit, Heroicorum verſuum ſcriptores. Ex quibus Ariſtotelis verbis, atq; etiam ex his quę ex Euſtathio citat etymologicus: colligere licet, gloſſemata & gloſſas apud Fabiū priſcas & poeticas voces recte intelligi, quas idē Fabius iam ante, linguam ſecretiorem interpretatus eſt, & hic voces minus vſitatas appellat: Sic apud Diomedem intelligendū eſt gloſſematicum dicendi genus: Qui itaq; apud veteres has voces interpretabantur, in Gręcorum commētariis gloſſographi dicuntur.

Atticiſmus, id eſt, gratiſſima Attici ſermonis puritas, quę quemadmodum & Gellius teſtatur, cæteris Græcorum linguis, & puritate, & breuitate ſucculenta pręſtitit.

Oeconomia, id eſt, diſpenſatio & diſtributio argumenti proprii.

Aures, Scilicet iudicū & auditorū.

Reſpirant, Spiritum ſumunt.

Poeticis voluptatibꝰ, Id eſt, amœnis poetarum verſibus.

Reddi, Exhiberi, expromi.

Metaplaſmos, Tranſformationes vt dixi de barbariſmo & ſolœciſmo

Neceſſitati, Qua ſcilicet cogunt ſic loqui poetę.

Artificialium, Artificii poetici.

Modis, rationibus.

Tropos, Mutatiōes ſermonis vulgaris per alium venuſtiorem.

Schemata, id eſt, habitus.

Inſtigat, Inſtillat.

Certe, id eſt, ſaltem, ſępius ſic accipitur apud autores.

Didymo, Gręco ſcriptore Grammatico, cuius meminit Suidas, qui & πολύγραφος dictus eſt.

Vnde, Ex qua rei cauſa.

Deprehēdunt, id eſt, opprimunt.

Neſcire, ſcilicet q̄ nō eſt opꝰ ſcire.

CAPVT. XV. FO. IX.

Methodicen, id eſt, cōpēdioſā, ꝓceptionē ſiquidē ὁδὸς Gręcis viā ſignificat, & μέθοδος viam breuiuſculā, & magis cōpēdioſam, q̄ a publica, qua incedere vetuit Pythagoras, ꝑ agrū declinat, vñ abbreuiationes, artiū ꝓceptiones hoc vocabulo ab Ariſtotele intelligūtur.

Succedūt, Affines & cognatę ſūt.

Modū, Scilicet argumenti.

Stylo, id eſt, ſcriptione.

Sentētię quoq;, Sentētia eſt oratio generalē ꝓnūciationē habēs, hortās ad aliquā rē, vel deterrēs, vt in illo Homerico: nō oportet ꝑ totā noctē dormire prīcipē virū: Hortās vero vt in illo Theognidis Gręci antiquiſſimi poetę, Oportet eū q pauperiem fugere ſtatuerit, vel latiſſimū pōtū penetrare, & ſcopulos nō horrere ꝑcipites, ſic Priſcianus tranſtulit, ſcribens de exercitatione labiorum.

Et Chrię, Vſus, quē Gręci χρεῖαν vocāt, eſt cōmemoratio alicuiꝰ orōnis, vel facti, vel vtriuſq; ſimul, celerem habens demonſtrationem, quę vtilitatis alicuius cauſa plerūq; ꝓfertur, vnde & nomen habet.

ἠθολογία, Quā Hermogenes autore Priſciano ἠθοποίαν vocat, dicit imitatio ſermonis ad mores & ſuppoſitas ꝑſonas accōmodata, Priſcianus allocutionem interꝑtat, nō ad modū ſignificāter, nā ἦθος mos & cōſuetudo dicit, & λόγος oratio.

Paraphraſi, Vberiore expoſitione circa eādē ſentētiā verbis venuſtioribus. Tractauerit, exercuerit.

Cuicunq; dicēdo, Cuiuſcūq; exercitationis genere.

Ratio, Modus. Forma, Habitꝰ.

Voce, id eſt, ꝓnūciatiōe, vt Demoſthenes quo pacto Orator factꝰ eēt maximus, interrogatus, reſpōdit, ſe plus olei q̄ vini conſumpſiſſe.

Crates, Philoſophus Thebanus, q auri grande pondus mari īmerſit, ne ipſe ab eo ſubmergeretur.

χρῶδες, id eſt, vſuales.

Ratio, cauſa ſubiūctiua aliquoties

Narratiūculas, id eſt poetarum fabulas, q̄ fictę vero ſimili diſpoſitione imaginem veritatis exhibeant.

Cętera, Scilicet ꝑexercitamēta.



Maioris operis, Curę, vt operationem, laudē, refutationē, locū cōmunem, cōparationē, deſcriptionē, poſitionē, & legiſlationem, quæ omnia apud Gręcos ante rhetorices īgreſſum tractantur.

Spiritus, Audacię & fiducię.

Grammaticis, Id eſt, Grammaticorum præceptionibus.

CAPVT. XVI. Fo. X.

Ἐγκυκλοπαιδείαν, id eſt, eruditionē circularē, id eſt, omnibus numeris ꝑfectiſſimā: ſiquidem conſtat ex Geometrarū diſputatione, omniū figurarū circulū eſſe perfectiſſimū, vtpote omnibus aliis magis capacē, & neq; initiū neq; finem aliquē oſtendētē: vnde & apđ Ægyptios, veluti teſtatur Horus in lib. de ſacris Ægyptiorū notis, æternitatis eſt ſymbolū: tū etiam Geometrę omniū figurarū rationē in circuli natura īcluſam docēt: Propterea nexus ille capaciſſimus omnium diſciplinarū, cuius vel exitū vel ingreſſum vix deprehendas, veteres Gręci ἐγκυκλοπαιδείαν, id eſt, circularē eruditionē vocarūt: κύκλος enī circulꝰ, & ἔγκυκλος, circularis, παιδεία, eruditio.

Iiſdē annis, Vbi grāmaticam curamus. Inquiunt, Dicunt quidam rhetores delicati.

Inducta linea. i. ꝑ lineā inductam ſcilicet rectā: Alii tamē legūt, data.

Inducta, ſcilicet duobus circulis.

Triangula, Carolus Bouillus lib. commentariorū Geometricorū. v. hoc Euclidis θεώρεμα latiꝰ his verbis exponit, ſic inq̄t, datę lineę lōgitudinē ſuper pūcta ipſius extrema duobꝰ circulis deſcriptis, eorū vtraq; ſectionis pūcta datę lineę terminis per rectas cōplētur, fient ſup datam lineā trigoni ἰσόπλευροι, id eſt, trianguli æquilateri.

Spatiis, Intelligit ꝓportiones illas ſonorū, διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε, δὶς διὰ πασῶν, atq; alias, de qbꝰ eſt apđ Boethiū Seuerinū, et Victruuium lib. iiii.

Conſilia, Scilicet ſententia ſua dicenda.

Spatiis, Interuallis.

Quamlibet, Quantumuis.

Imaginem, Ideam.

Ceſſantis, Deficientis.

Geratinę, Intelligit argutias illas dialecticas, quas vulgo ſyllogiſmos cornutos vocāt, nimirū a captione, quā Epiſtolarū lib. v. Senec. ad Luciliū iocās ſcribit: Qđ non ꝑdidiſti habes, cornua non ꝑdidiſti, cornua ergo habes: Meminit & Gellius in Noctib. κέρας autē Gręcis cornu ſignificat, vnde κεράτινος cornutꝰ: Porro Crocodilitas non diſſimiles captiones accipiemus, quę ex fabula huiuſmodi nomē habēt: Mulier quędā Ægyptia, in Nili ripis ludibundū puerū a Crocodilo ablatum ſenſit, rogat ea Crocodilū, vt reddere filiolū dignetur, Crocodilus reſpondit, ſe redditurū ſi verum diceret: Illa autē dixit, nō mihi reddes: quę cōditio ſane īexplicabilis erat: propterea qđ huius orationis veritas, ex volūtate Crocodili pēderet, Indicat hoc Lucianus, cū alibi, tum in Vmbrarū vēditiōe, tribuitq; argutas has nugas Chryſippo Stoico, velut parenti: Sed & Politianus in Miſcel. cap. liiii. copioſe & docte hunc locum expoſuit.

Antidotū, Quaſi cōtra datū. Antidotus enim Gręcis ſonat medicamentū ex variis miſcellis confectū, qđ potiſſimū contra venena datur. Siquidem ἀντὶ Gręca prępoſitio cōtra ſignificat, & δόσκω, do.

Morbis, Scilicet q ſunt ſine vulnere. Vulneribus, Quę ſcilicet ſunt cum carnis læſione.

Effectibus, Potētiis herbarū, aut gemmarū. Quorū medicamentorum, & effectuū. Earū, Herbarum ſcilicet, aut gēmarū. Muta aīalia, Vt apes oratione carentes.

Inimitabilē, Quē nemo arte poſſit imitari. Vim, id eſt, facultatem recte loquendi.

Addunt, Scilicet illę artes.

Diſertus, Nam diſertus & eloquēs apud Ciceronem & Fabium noſtrū differunt: vt diſertus ſit mediocriter eloquens: Eloquens autē abſolutus orator. Sic Antonius apud Ciceronem de Oratore primo inquit, ſeſe diſertos vidiſſe multos, at eloquentem neminem.

Conueniet, Quadrabit, aut conſenſus erit doctiſſimorum.

Arduo, id eſt, ſublimi, & ī magna difficultate poſita.

Animus, Fiducia perficiēdi: oportet iniquum petere, vt æquum feratur. Vide Eraſmum in Chiliad.

CAPVT. XVII. Fo. X.

At q;, Trāſitionē facit per atq; quemadmodum M. Tullius. Cic. per At vtrumq; elegātiſſime.

Vel iudicio veterum, Qui videlicet ſic ſtatuerunt nexum eſſe diſciplinarum, neq; aliam ſine alia rite haberi poſſe, id qđ ex Platone teſtatur M. Tullius lib. iii. de Oratore.

Timagenes, Cuiꝰ meminit, & vitam perſcribit Suidas.

Errantē. i. curſum ſuū ꝑagētem.

Labores, Itinera.

Sic Orpheus, ſic Linus, Qui carmina ſua ad lyrā canebant, ab Ariſtotele nō modo īter illos laudatos σόφους referūtur, verūetiā theologi appellātur. Et Terentius artem poeticā alioqui muſicā vocat ī Prologo Hecyrę. Nā Orpheus, vt Suidas ſcribit, Aeagri & Calliopes Muſę filius, fuit Lini huius diſcipulus, qui creationē mundi verſibꝰ amœne proſequutus, dicit primū Aethera a deo ꝓdiiſſe, deinde Chaos, tertio loco Noctem, in quibus trinitatis myſterium ineſſe non ſolū Suidas tradidit, verum etiā noſtro ſeculo latiſſime cōprobauit Reuchlinus, de verbo mirifico tertio, tū & in Cabaliſtica diſputatiōe, id quod etiam Picus indicat.

Linus, Iuxta alios Mercurii & Vranię filius fuit, iuxta alios Amphimari & Vranię proles traditur: Poſtremo quidā Apollinis filiū ſcribunt: qua de re verſus poetę eſt:

Lino formoſus Apollo.

His motibus dederunt, Illi octo curſus, in quibus eadem vis eſt modorum, ſeptem efficiunt diſtinctos interuallis ſonos, qui numerus rerū

Antiquitus enim nihil eruditum habebatur sine musica, unde apud Comicos, qui ... ras se didi[cisse] negant, aiunt se non didicisse musicam. Plato li. de Rep. 8 ... improbiorem et musicis inverecundum dixit. Et Athenaeus ἀμουσολογίας appellat ineruditas parumque tempestivas fabulas,



omniũ fere nodus eſt, qđ docti homines neruis imitati atꝗ cãtibus, aperuerũt ſibi reditũ in hunc locũ, ſicut alii, qui prẽſtãtibus ingeniis in vita humana, diuina ſtudia coluerunt. Hoc ſonitu oppletę aures hominũ obſurduerũt, nec eſt v'llus ſenſus hebetior in vobis: Sicut vbi Nilus ad illa q̃ κατάδουπα, nominãtur, pręcipitatur ex altiſſimis mõtibus, ea gẽs q̃ illũ locũ accolit, ꝓpter magnitudinẽ ſonitus ſenſu audiẽdi caret: Hic vero tãtus eſt totius mũdi incitatiſſima cõuerſione ſonitus, vt eũ aures hoĩm capere nõ poſſint, Sicut ĩtueri ſolẽ aduerſum neq̃tis, eiuſꝗ radiis acies veſtra ſẽſuſꝗ vincitur. Hęc Aphricanꝰ ad Scipionẽ iuniorẽ loquit̃ in ſomnio Scipionis.

Quid de Philoſophis, Hinc Plato ipſe in Academię ſuę veſtibulo præſcripſit: Nemo huc introeat μαθηματων imperitus, vt teſtatur Gelliꝰ lib. i. capite. ix.

Noſtri operis. i. rhetorici opificii.

Mũdũ, octo ſphęras, orbes cęleſtes

Ratione eius, id eſt, muſices ꝓportionibꝰ. Quã, Scilicet rationẽ muſices expreſſam orbibus cęleſtibus.

Lyra, Septem ſuis chordis.

Concordia, id eſt, conſenſu.

Diſſimiliũ, Sonorũ cęleſtiũ orbiũ.

ἁρμονίαν, id eſt, cõcẽtũ quadrantẽ.

His motibus, Scilicet cęleſtibus.

Imparibus, Inæqualibus: Plato autem ſingulis orbibus tribuit ſingulas Syrenes.

In Timęo, Quem ſcripſit de aĩa.

Duces maxĩos, Sic Achilles a Chirone inſtitutus fidibus.

Fruſtra, id eſt, ſine cauſa.

Ciuili, id eſt, ſociali.

πολιτικὸν, Ciuitate dignu

Sectę, Stoicę diſciplinę.

Principes, Vt ſunt Zeno, Chryſippus, Cleanthes.

Conſpirant, Cõſentiũt, cõnitunt̃.

Tranſeamus, Omittamus.

Ariſtoxenus, Muſicus nobiliſſimꝰ, quem Boethius Seuerinus ſæpius in ſuis ſcriptis de Muſica citat.

Sophron, Fabularum mimicarũ ſcriptor. vt traditur a Laertio.

Eupolis, Comicus Grẽcus, ĩ ſuppoſititio puero.

Impendiorum, Sumptuum.

Maricas, Perſona comica.

Pſaltis, Pręceptoribus Muſices.

In prouerbium, Nam qui inciuiles & indocti ſunt ꝓuerbialiter apđ Grẽcos iam ἄμουσοι, iã ἀχάριτες dicuntur, id eſt, procul a Muſarum ſacris, & Gratiarum: Indicauit hoc ĩ prouerbio Eraſmus.

Numeros, Nonnulli corpus hoc loco, atꝗ eius numeros intelligunt, modulatos & velut comprehenſos motus & geſtꝰ futuri oratoris: Hoc vt non negamus quadrare, ita videtur commodius ad inſtrumẽta muſica referendo: maxime cum Fabiꝰ poſtea peculiarem diſputationẽ de motu corporis introducat, & Muſici non ſic ſoleant ſuam diſciplinã diuidere.

Diuidit, Gellius lib. xvi. cap. xviii. canonicæ diſciplinę rationẽ ex Varrone diuidit ĩ tres partes: Rythmõ ſcilicet, quæ ſit longior mẽſura vocis: & μέλος, qđ altitudinem & canorẽ vocis examinet & μέτρον per qđ ſyllabarum longarum, breuium, & mediocrium iunctura & modus cõcinens cũ geometrię principiis aurium menſura examinatur.

Vtriuſꝗ enim rei, Et corporis & vocis. Rationem, Eſſentiam.

Rythmon, Numerum.

Canore, Altitudine vocis.

Ac ſonis, id eſt, diſtinctis.

Geſtum, id eſt, decentẽ corporis.

Collocatione verborũ, Suaue ſonantium, & ſublimium ſuo loco.

Flexus, Vocalationis mutationẽ.

Canticis, id eſt, Lyricis carminibus, vt ſunt Pindari.

Inoffenſa, Decens, non colliſa.

Aut non, Scilicet neceſſario.

Sonus, Voculatio.

Modo, Ratione.

Rerum, Variarum.

Sicut in Muſice, Adhibet̃ varie,

Atqui, Etiam.

Flexus, Mediocris mutatio vocis.

ἐυρυθμία, id eſt, felix geſticulatio & modulatio corporis,

Nec aliũde, q̃ a muſices cognitiõe

Sepoſitus, Peculiariter ſeiunctus.

Quid tam proprium muſices! Scilicet q̃ habere curam vocis.

Pręſumenda, Scilicet Oratori.

Hęc pars, Cura vocis.

Muſicus, Seruus, ſic enim a Cicerone appellatur.

Tonarion, A tenore vel tono, quẽ voci Grachi adhiberet abũde hoc eſt ſcriptum in Cicerone de Oratore, & Gellio.

Intẽdi, Vel etiã remitti craſſiore voce.

Huiꝰ vtilitatis, Scilicet Muſices.

Sine Muſico, Poſſunt percipi.

Illos certe, Nõ putabit ſine muſica eſſe. Ad Lyrã, Vt eſt Pindarus.

Hęc, Argumẽta de laude muſices

Antiquitus, Ex antiquitate.

Legitimam, Iuſtam.

A Chirone, Qui Achillis nutricius fuit.

Cõmittendũ, Errandũ, deſignandum, ſemper in malam partem.

Dubia, Ambiguę laudis.

Scenis, Theatris.

Effœminata, Emollita, fracta, diffiecta, eneruata.

Impudicis modis, laſciuis modulis

Minima, Immo maxima. Excidit, Exculpſit, extirpauit, extinxit.

Pſalteria, Pſalteriũ quẽadmodum teſtatur Diuus Hieronymus multis locis, inſtrumentũ fuit, fidibꝰ decem inſtructũ, vnde & regius Propheta Pſalteriũ decachordum celebrat: ſolebat autẽ qui pulſabat hoc inſtrumentũ vna quoꝗ incinere, id qđ Græcis ψάλλειν dicitur. a quo Pſaltes & Pſaltria fœmina quę hoc inſtrumenti genere exercitata eſt, Hebręi Nablon vocant.

Sãbucas, Spadicas recte legi hoc loco cũ vetuſti codices, tũ vero maxime Iuliꝰ Pollux ꝑſuadet: Is enim lib. x. cap. iiii. Spadicas inter inſtrumenta κρουόμενα, id eſt, quæ manu pulſantur, connumerat.

Nam Pythagorã, Qui primus oĩum Muſicã apud Grẽcos reperit.

In Spondeũ, Qui vocis longitudine, grauitatẽ quandã præ ſe fert,



ſiquidẽ Spondeus modulus, ex more lõgis ſonis conficitur, quemadmodum & apud Poetas pes habẽs longas duas ſyllabas ſpõdeus dicit̃.

Tibicina, Ea quę canebat tibia.

Compoſuiſſe, Sedaſſe.

Et Chryſippꝰ, In li. de Educatiõe.

Allectationibus, Oblectationibꝰ.

Ficta materia, Argumentum.

Ponitur, Loco thematis.

Phrygiũ melos, Genꝰ enĩ eſt melodię, qđ vt autor eſt Lucianus, vehementiam quandã & furorẽ ĩ animis audientiũ cõcitat: vocat̃ enĩ ab ipſo ἔντονα & βίαιον, hoc eſt, intenſum & violentum.

Pręcipitia, id eſt, pręruptas rupes.

Quę, Argumenta.

CAPVT. XVIII. Fo. XI.

INDE, Ex Geometria.

Cũ ſit diuiſa, Hinc eſt, qđ huiꝰ ꝓfeſſionis princeps Euclides, ęquali cura etiã numerorũ rationẽ libro Geometrię. vi. tractat: quãdo antiq̃tas, vt Fabius hoc cap. manifeſtiſſime ĩdicat, Geometrię appellatiõe, & Arithmeticen, & Aſtronomiam ſit complexa.

Noticia, Quã hodie vocant Arithmeticen. In cauſis, Agendis.

Circa ſũmas, Circa ſupputatiões.

Sed ſi digitorũ, Rationẽ digitorũ inuenies in cõmẽtariis Hieronymi ex Beda theologo tranſcriptam.

Saltem, Solum.

Trepidat, Hæſitat, dubitat.

A computatione, Numero.

Linearis ratio, id eſt, cognitio linearis magnitudinum quam pollicetur Geometria.

Terminis, Scilicet agrorum.

Lites, Scilicet apud iudices.

Menſuris, Spatiis.

Ordo, Scilicet ꝓbationũ, definitionũ. Propoſitarũ, Scilicet ab oratore.

Concluſio, Comprobatio.

Syllogiſmis, Ratiocinatiõibꝰ, collectionibꝰ. Ratione, Scilicet certa.

Fit hoc, Scilicet vt falſa ſint veriſimilia. Pſeudographias, Deſcriptiones falſas. Maiora, Q̃ ſcilicet quę in numero concurrunt.

Extremę lineę, Circunferentię.

Reprehenſi, Damnati.

Planis, Scilicet figuris.

Paribꝰ oris. i. ęqualibꝰ lateribus.

Quadrata, Plꝰ ſpatii cõtinebũt.

Rurſus quadrata triangulis, Nã in quadratis æquilateribꝰ dimetiendis, latus in ſeſe ducendũ erit, ſiue latus per latus multiplicãdũ: In hoc autem quadrato, decẽ pedes latꝰ cõſtituunt, eos ſi multiplicaueris ꝑ decem, deprehẽdes areã incluſam cẽtum eſſe pedum, nam decies decem centum reddunt.

Patere, Extendi.

Expeditum, Promptum.

Circuitus, Circunferentia.

Cãpi, Spatii. Colligere, Supputatione aſſequi. In quãꝗ partẽ. i. vnũqđꝗ latus ſupputatũ. Extremitatis, Circũferẽtię. Areę, Spatia ĩcluſa. Lineis, Scilicet æqualibus.

Amplius, Spatium cõprehẽdũt.

Per oram, Circunferentiam.

Intra, In ipſa area.

Frõte. i. lateribꝰ duobꝰ lõgitudinis. Ex illo, Scilicet ſpatio:

Amplectuntur, Lineę circũductę.

Deducent, Detrahẽt partẽ ſpatii.

Eodẽ circũ, &c. Eq̃li circũferẽtia.

Vtrinꝗ, Ex vtraꝗ ꝑte lõgitudĩs

Singulis, Pedibꝰ. i. vno tãtũ ꝑede.

Quadratos, Scilicet pedes.

Ducetur, Per ſupputationem.

Longitudo, Scilicet eius.

Centum, In quadrato æqualiter.

Quadrati, Æquilateri.

Amplitudini, Incluſę lineis.

Amplitudo, Mẽſura. Loci, Spatii.

Planis, Scilicet locis vſu venit.

Soli, Id eſt, loci.

Rationem, Machinam.

Nicias, Princeps Athenienſium. cuius meminit Thucydides in. vii.

Linearibus illis, Id eſt, linearibus ſupputationibus.

De pronunciatione, Actione.

Geſtus, Decentis motus.

CAPVT. XIX. Fo. XI.

ALiquid, Scilicet operę.

Comœdo, Hiſtrioni.

Eatenus, Scilicet fiat.

In hoc, id eſt, ſpe futuri Oratoris.

Frangi, Emolliri.

Vocis, id eſt, repreſentandę.

Vernilitate, Licẽtia, ſcurrilitate, laſciuia. Affectũ, Diſpoſitionẽ aĩ.

Vtrũꝗ, Scilicet geſtum & motũ.

Modũ. i. mẽſurã, pręſcriptionem.

Nimius, id eſt, immodicus.

Excurſionibꝰ, Statiõe, ĩmutatiõe.

In his, Scilicet rebꝰ ꝑſtãdis, vt nõ ſit minꝰ vultꝰ vel manꝰ ĩmutatio.

Prima, id eſt, optima.

Ne ars, Scilicet affectata.

Oris, Enunciationis.

Frequẽs mutatio, Nam monet id Suetonius, ſe adoleſcẽtulo, principem quẽdã Grãmaticũ alternis diebus declamare ſolitũ, alternis diſputare, tũ & ſeſe audiſſe memoria patrũ ſuorũ, quoſdã e Grãmaticis ſtatim ludo trãſiiſſe in forum, atꝗ in numerum prẽſtantiſſimorum patronorum receptos.

Qua, id ẽſt, cuius pronunciatione Demoſthenes laborauit, Adeo etiã, vt altera pro altera aliquoties ſcribatur, vt κλίβανος, vel κρίβανος vtrũꝗ clibanũ vel furnũ ſignificat.

Laboramꝰ, In eo qđ ęgre ꝑſtamꝰ.

In faucibus, Receſſu oris.

Puro, Simplici id eſt inaffectato.

καταπεπλασμένον, id eſt, fictitiũ.

Saltationis, id eſt, tripudii.

Intercidãt, id eſt, pronũciatione pereant. Vt par ſibi ſermo ſit, id eſt, vbiꝗ ſui ſimilis. Geſtus, Modulatio corporis.

Expreſſa ſint verba, Qđ fiet, ſi accuratius primã puerorum ballutiẽ emẽdauerimus, quã inolitã videmꝰ ꝑtinaciſſime durare in omnẽ vitã.

Oris inanitate, hiatu.

Recta facies, Erecta ſtatura.

Diſtendat, Diducat.

Rictus, Rima oris, ſcilicet ſubducendis ſuperciliis.

Vtrolibet, In vtramꝗ partem.

Pluribus generibus, id eſt, multis modis vocis intendẽdę.

In his rebꝰ, Scilicet diducẽdis aut ſubducendis ſuperciliis.

Momentum, Ingens pondus.

Flexus, Immutatio vocis & concentus.

Debet etiam docere comœdus,

Cuius rei exẽpla ſunt copioſa apđ Terentiũ in Andria: Narrationes, in ſcena omniũ prima,Suaſionis,ſcena tertia actus tertii:& ſecũda quĩti actus:Commiſerationis,ſcena vltima primi actus.

Palęſtricis vacauerint,Luctãdi exercitationibus.

In oleo,Quo ſcilicet ſe vngebant decertaturi. Ad hoc,Scilicet ꝓpoſitum. Pars in vino,Nã non niſi ebrii luctabantur. Mentem,Id eſt, ſubtilitatem mentis.

Non indignandum,id eſt,nõ dedignentur diſcere.

Chironomia,id eſt,lex manuum, nã νόμος Gręcis legem ſignificat, & χεὶρ,ρὸσ manum.

Heroicis,Priſcis,accepimus a Xenophonte in libro de Legibus Lacedęmoniorum:Porro ſaltationẽ hãc opinor eſſe,quã Iulius Pollux li.iiii. cap.xiiii. διποδίαν vocat, additq; Laconicã eſſe,nimirũ ſic appellatã, decenti & apta glomerandorum pedum duplicatione.

Craſſi, Scilicet argumento ſunt.

Armis,Exercitatione militari.

Retinebit,Scilicet vſꝰ palęſtricꝰ.

Saltationis,id eſt,tripudii.

Exercitatione puerili, Scilicet ſaltandi,luctandi,digladiandi.

Id agentes,Quęrentes.

Perſequatur,Comitetur.

CAPVT.XX. Fo.XI.

NEgant, Scilicet omnia poſſe tradi & percipi.

Dies,Quo ſcilicet hęc oĩa poſſent tradi,& diſtribui,qui dies in quã ſit partitus in horas.

Hoc,id eſt,tot labores.

Agilis,Sequax.

Citharœdi,Qui canũt ad citharã

Flexibus,Permutationibus.

Probant,Æſtimant.

Temporum,Scilicet gradienda.

Deprehenſi,Oppreſſi rerũ dicẽdarum numero. Electio verborũ,Enũciationem notat.

Stylus,Exercitatio ſcribendi.

Recentes,inſtructi.

Obtundi, Enecari, hebetari frequenti iteratione.

Et vt ſemel finiam,Scilicet ea abſurda quę ſequantur.

Colant,Curent.

Rationibꝰ domeſticis,Curis familiaribus. Diu,Scilicet idem.

Nouiciis ſeruis,Barbaris, recens emptis. Obduruerunt, Callũ obduxerunt.

παιδομαθὴς,A pueris eruditus, a παῖς,δὸσ,qđ puerum ſignificat, & μαθέω diſco,erudior.

Tempus,Infantię.

Continui,Aſſidui.

Grauãt,Scilicet proprio põdere.

Sed,id eſt,quia.

Mentiũtur,id eſt,æſtimãt pueri ꝑ meditationẽ.Fatigatio,Quęab alio ſcilicet ĩducit. Sẽſus,Scilicet addiſcentis. Cogitatio, Qua nos ipſi vrgemur ad diſciplinas ſuſcipiẽdas cum ſcilicet adultior factus.

Succiſiua,id eſt,extra ordinaria.

Conſumi,Conſeneſcere.

His artibus,Mathematicis diſciplinis. Modulet,Modulos muſicos cõponet. Notis,Signis muſicoꝝ.

Opera,Opificia.

Nec ſaltatorem, Qua de re vide Gelliũ libro primo,capite quinto.

Suppeditabit,id eſt,ſuppetet.

Emicuit,Excelluit.

Athenę,Excultrices omniũ diſciplinarũ. Prætextimus, Obtẽdimꝰ.

Pyhagoreorũ,Diſciplinarũ,q̃ numeris cõſtabãt. Operis,Rhetorici opificii. Vſum,Aduocãdi & patrocinãdi. Sordidũ,Sordidis hoĩbus dignũ.His diſciplĩs,Liberalibꝰ.

Acgrãt,Lucra. Sordide,ĩhoneſte.

Quid ſtudia referãt, id eſt,quãtũ opũ. Aduocationũ,Patrociniorũ.

Spectaculis,Inanibꝰ rebꝰ ſpectãdis

Ineruditis,Inciuilibus.

Voluptatibꝰ,id eſt,eas potiſſimũ quas ex guſtu & tactu cõcipit,de quibus vide Gelliũ lib.xix.cap.ii.

IN LIBRI SECVNDI CAP.I.Fo.XII.

RATIO, Rectus modus ĩſtituẽdi.

Eius rei, Eius inſtitutionis.

Alienas, Rhetorum partes.

Declamare,Fictas cauſas exercẽdi gratia agere.

Idq;,Scilicet facere,dicũt ſui officii eſſe. Materias,Cauſas.

Iudiciales,In quibus iudicis ſententia expetitur.

Cætera, id eſt, materias laudatiuas & vituperatiuas.

Satis,ſcilicet ſibi eſſe.

Derelicta,Poſthabita.

Nomine,Cauſa.

Gratia quoq; his, Qđ ſcilicet rẽ deſertã nõ dedignati ſũt excipere.

Proſopopœias,Perſonarũ fictiões

Irrumpunt,id eſt,inſiliunt.

Opa,Officia ſuadẽdi & diſſuadẽdi. Debita,Deſtinata.

Subſidat,Subhęreat.

Rhetoricẽ,Narrãdo,ſuadẽdo,diſſuadẽdo,pronunciando,&c.

Prouecta,Progreſſa.

Literaturã vocauerũt,Vnde etiã Grãmaticos veteres Literatos vulgo appellarũ,vt ex Cornelio Nepote citat Suet.Trãqllus ĩ lib.De claris Grãmaticis,quo loco & hęc addit:Veteres,ĩqt,Grãmatici & Rhetoricã docebãt,ac multorũ de vtraq; re cõmẽtarii ferunt: ſecũdũ quã cõſuetudinẽ poſteriores quoq; exiſtimo,q̃q̃ iã diſcretis ꝓfeſſionibꝰ,nihilominꝰ vel retinuiſſe,vel ĩſtituiſſe & ipſos q̃dã gñra ĩſtitutionũ ad eloquẽtiã ꝑparãdã,vt ꝓblemata, ꝑiphraſes,elocutiões,ethologias,atq; alia hoc genꝰ,ne ſcilicet ſicci oĩno, atq; aridi pueri rhetoribus traderẽtur,quę quidem omitti iã video deſidia quorundam & infantia: non enim faſtidio putem:Sueto.

Pauptate,Quæ ſcilicet literis debet cõtineri. Cõſtitere,Permãſere.

Primi illi,Vt ſunt Crates Mallotes.&c. Vis eloquendi,Nã Græcis ἐκτορεύω,eloquor dicitur.

Detrectet,Nõ abneget.Ope, Officio.Effecerit,Profecerit,ꝓmouerit.

Rudimenta, Pręexercitamenta.

Vt theſes dicerẽt,Theſis, eſt deliberatio aliqua,rationis vſu ꝓbata de negocio aliquo,qđ ĩ cõſiliũ venerit,vt Nũ ducẽda ſit vxor? An bellum ſuſcipiendum? An muri renouandi? atq; id genus alia,de quibus ſolebant contendere,

Cętera pręexercitamenta, Quod ſcilicet idem teſtatur Suetonius in lib.De claris rhetoribus.

Alia genera,Cauſarum.

Qua in parte,Narratione.

Plurimum,Artificii rhetorici.

Certaminibꝰ,Forẽſibꝰ cõtẽtioĩbꝰ,

Non cõmunes loci,Cõmunis locꝰ eſt oratio,qua bona vel mala, q̃ alicui inſunt amplificantur,vt contra tyrannũ locus cõmunis eſt:Quiſq̃s reip,leges violauerit,capite plectendus eſto:hac enĩ oratione oẽs q legibus non obtemperant, cõmode vrilicet:vnde & nomen habet loci cõmunis,quod ex æquo multis quadret:Hęc Aphthonius.

Directi,Comparati.

Compoſitos,Fuiſſe.

Quęſtiones,Scilicet propoſitæ.

Generaliter,Generalibꝰ argumẽtis. Mediis,In intimis ꝑenetralibꝰ.

Hęc arma,id eſt,loci communes.

Res poſcat,Vſus.

Quę,Pręexercitamenta.

Fundẽtur,Artificioſe.

Aliqui,Malo iudicio præditi.

Feſtinationem,Quę vitio datur.

Labor,Scilicet puero.

Quod,Quam rationẽ docendi.

Labor,Pręexercitando diſcipulos.

CAPVT.II. Fo.XII.

VIres,Profectus.

Cõſequi,Aſſequi ĩtelligẽtia.

Conſpici,Dignoſci.

Mores,Rationem viuendi.

Quod,Officium præceptoris.

Eius rei,Officii.

Adulti,Matura ętate prouecti.

Ab iniuria,Vitiorum ſcilicet.

Ferociores,Intractabiliores.

Grauitas,Seueritas morum.

Licentia,Immodica libertate.

Pręſtare abſtinẽtiã,Vitiorum ſcilicet. Aſtrĩxerit,Adiũxerit,ſimiles fecerit. Habeat,Scilicet in ſe.

Comitas,Affabilitas.

Soluta,Licentioſa.

Inde,Ex auſteritate triſti.

Hinc ex comitate diſſoluta.

Caſtigabit,Verbis ſeueris.

Minime iracundus,Immodicꝰ ira.

Nec diſſimulanter,Nõ tacebit ea ſcilicet,quę ſunt emendanda.

Simplex,Facilis,apertus, minime inuidus. Aſſiduus,Continuus.

Immodicus,Non decet tam feſtinare pręlegendo,q̃ commeare.

In laudãdis dictionibus,Declamationibus. Malignus,Inuidus.

Res altera,Malignitas laudandi.

Altera,i.immodica laudatio,negligentia. Minime cõtumelioſus, faſtidioſus. Referãt,Imitatione exprimãt.Suppeditet, Subminiſtret.

Tamẽ viua illa vox,Sic Pliniꝰ lib. ii.in quadã epiſtola ad Nepotẽ ſuũ ſcribit:Dices,habeo hic quos legã, nõ minus diſertos etiã:legẽdi ſemꝑ erit occaſio,audiendi nõ ſemꝑ, multo magis vt vulgo dicitur,viua vox afficit:Nã licet acriora ſint quæ legas,altius tamẽ in animo ſedent, q̃ prõũciatio,vultus,habitus,geſtus etiã dicẽtis affigit:Et Diuus Hieronymus in epiſtola ad Paulinũ:Habet,inquit,neſcio qd latẽtis energię viua vox,& ĩ aures diſcipuli,de auditoris ore trãſfuſa,fortius ſonant.

Imitemur,Effingamus eos.

In laudãdo,Diſcipulos & ꝑceptorem. Pendeat, Hęreat,dubius ſit.

Humanitas vocat,Scilicet ĩmerito

Theatralis,Theatro digna.

Seuere,Grauiter.

Hoſtis,Peſtis.

Effuderint,Quicqd quoquo modo ediderint. Dicit,Declamat.

Diſcernent,Diſcipuli iudicio pręceptoris. Facultas,Facilitas.

Succincti,Parati.

Clauſulam,Periodum.

Excurrunt,De ſedibus ſuis.

Exultatione,Geſticulatione.

Id mutuũ ẽ,Muli mutuo ſcabũt.

Hinc,Ex hac conſuetudine.

Tumor,Faſtus.

Illo tumultu,Applauſu.

In hoc,Hanc curam.

Dicet,Pręceptor vel diſcipulus.

Moribus,Formandis.

Vltimis,Extremis,maximis.

Schola,Cœtus ſcholaſticus.

In hac parte, Qua optimi quiq; pręceptores eligendi ſunt.

Perſuaſio,Fides,opinio.

CAPVT.III. Fo.XIII.

IDoneos,Maturos.

Tanq̃,Quaſi.

Mediocritas,Simplicitas.

Ad ſuſcipiendas,Suſtinendas.

Superba,Faſtidiens.

Qua in re,id eſt,quæſtione.

Imbui.Statim infici,impleri.

Eluendis,Exuendis,eximendis.

Onus,Scilicet docendi.

Prius,Scilicet tempore.

Error,Falſa opinio.

Exiſtimant,Scilicet parentes.

Stomacho.i.vtcũq; valẽte mediocri iudicio eruditioĩs,qđ in corpore ſtomachus, hoc in aĩo ingeniũ eſt.

Securitas,Ignauia.

Pręceptores,Mediocres.

Prius,Citra iudicium.

Frequentior,Qꝫ ſcilicet prior.

Deſcendere,Seſe demittere.

Idq;, Quod ſcilicet non deſcẽdit ad minora. Interim,Partim.

Inferioribus,Rudimentis.

Neq; poſſunt , Non poſſunt ſeſe demittere ad inferiora.

Nolint,Seſe demittere.

Non habeo,Cenſeo,refero.

Poſſe aũt,Scilicet ĩferiora ꝑſtare.

Contendo,Rationibus certis comprobare conor.

Ratio,Certus modꝰ ĩſtituẽdi &c.

Planiſſima,manifeſtiſſima.

Eminet, Prælucet niſi abſurda, q̃ ſequantur.

Phidias,Statuarius nobiliſſimus cuius meminit Pli.lib.xxxvi.cap.v.

Iouem,Statuam Iouis olympii.

Accedunt,Adiuncta ſunt, vt multę deorum ſtatuę.

Loqui,Quod eſt Grammatici.

Prudẽtẽ,Accuratũ,rerũ vſu doctũ.

Menſuram,Mediocritatem.

Minuat,Contrahat.

Facinora,Nugis expoſita.

Perſpicuitas,Facilitas ĩtelligẽdi.

Eriguntur,Surrigunt ſeſe.

Tumidos,Pręceptores inflatos.

Corruptos,Infelici iudicio prędi tos,vel malũ dicẽdi genus habẽtes.

Genere peccantes, Vtentes.

Tinnulos, Plus ſatis tenues, & acu
tos in dicēdo. Cacozelię, Infelicis
imitationis genere dicendi.

Virium, Ingenii.

Diuertunt, Diuerticula quęrunt.

Teneros, Imbelles.

Quod, Scilicet dictum a me.

Tueor, Ratione defendo.

Id, Scilicet, vt verba meę ſentētiæ
ſint cōtraria.

Corrigentur, A pręceptore.

Vitioſa, Scilicet dicta, vel ſcripta.

Ad Phœnicis Homerici, Nā hic
Phœnix apud Homerū, ſic ad A-
chillē verba facit, ꝓpterea inqt, tuꝰ
pater me tibi adhibuit pręceptorē,
vt te docerem hęc omnia, videlicet
vt & ſermone eloquens, & rebꝰ agē
dis ciuilis euaderes.

Dicere, Eloquentem eſſe.

Facere, Rectos mores pręſtare.

CAPVT. IIII. Fo. XIII.

HInc, Poſthac. Dilata, ꝓlata.
Parumper, Aliquandiu.

Ingreſſus, Initium.

Excepta, Scilicet ea narratione.

Fabulam, Argumentum.

Robuſtior, Firmior, efficacior.

Arida, Sicca, tenuis.

Ieiuna, Plus ſatis breuis.

Inornatas, Non veſtitas verborū
copia. Laſciuiat, Immodice vaget̄.

Sinuoſa, Implicata.

Deſcriptionibꝰ, Locorū, & tempo
rum, & perſonę quę fecerit, & cui ꝑ
ſonę ſit facta.

Accerſitis, Nimium affectatis.

Verumq̄, Indicare ſcilicet, atq̄
laſciuire. Indoles, Indiciū & ſpeci-
men futurę rei. Lęta, Fœcunda.

Plura iuſto, P uſq̄ ſatis eſt.

Iucūdioris, Mollioris, laſciuioris.

Corpus, Scilicet pueri.

Aſtringat, Gracilius reddat.

Hinc ex hac vbertate.

Macie, Macilentum habitum.

Expreſſus, Declinatus.

Sicca, Breuia.

Ingenium, Ingenii vbertas.

Iudicio, id eſt, per.

Præſumitur, Anteſumitur & pa
ratur, vt ſeſe vltra homines nō au
deat exundare.

Materiam, Scilicet orationis: Al-
ludit ad materiam lignorum, qua
fabri domos ædificant.

Fuſam, Amplam.

Decoquent, Abſument, tranſla-
tio a ruſticis, defruta & ſapam co-
quentibus ſumpta.

Ratio, Quę indies magis ac ma-
gis excreſcit in pueris.

Limabit, Tranſlatio a fabris ferra-
riis ſumpta.

Deterretur, Cōſumetur.

Sit, Scilicet materia.

Cęlatura, Inſculptura.

Rumpat, Frangat.

Apđ Ciceronē, Li. ii. de Oratore.

Terrā ſpectātes, Nihil egregium
conātes, ꝓpter puſillanimitatem.

Macies, Immodica tenuitas, &
macor ille iudicio carentis.

Vicio, Immodicę vbertatis.

Virtutibꝰ, Rerū & verboꝝ copia.

Lacu, Torculari.

Auſtera, Acrioris ſaporis.

Ferent, Scilicet muſta.

Proficient, Meliora fient.

Oderunt, Scilicet ſtudia.

Cicatricem, Vulneris obductū.

Iocundus, Comis, affabilis.

Leuantur, Mitigantur.

Sunt aſpera, Tranſlatio a Chirur
gis ſumpta.

Quędam, Scilicet vitia.

Interponēdo aliqd, Vbi deficiūt.

Dictare, Prælegere.

Materias, Argumenta.

Imitetur, Scilicet verbis ſuis.

Expertus ſum, Scilicet in meis di
ſcipulis. Deintegro, Denuo.

Enim, Scilicet expertus ſum.

Quatinus, id eſt, quāto gaudent
diſcipuli. Alia ętas, Adulta ſcilicet.

Lętius, Pinguius.

Ingenio, Ingenii inuentione.

Retro, retrogrado ordie narrare.

Expoſitionem, Narrationem.

Diſcurrere, Narrationem.

Cogantur, Scilicet pueri.

Ad gremium, id eſt, in cōſpectum
& ad iudicium non poſſunt aliqd
perfectum perficere.

Memoriam, Ratiocinando.

Extemporalis, Quę ex improuiſo
& ex tempore.

Expectata, Matura aliquantulū.

Iactatione, id eſt, ꝑtinet ad arro
gantiam & iactantiam circulatorū
& circumforaneorum.

Locus, De parāda ſcilicet facilita
te ſermonis. Trāſibitur, Pręteribit̄.

Naturā, quaſi ſibi iā a natura eēt.

Quęrimꝰ ꝑfectū, Scilicet oratorē.

Ratione referenda, Quam obiter adhibemus cauſę noſtrę.

Qua mente, Aliquid factum ſit.

Singulos, Legalibꝰ, & rationalibꝰ.

Illud, Caput principale.

Quo ſtatu ſit vtendũ, In qua parte cauſę pes ſit figendus.

Colore, Figura, habitu.

Vitium, Argumentorũ roboris.

Pro Milone, Qui ĩ Appia via Clodium occidit.

Componeret, In defenſionem Milonis.

In coniunctis, Cauſis.

Conuenit, Inter ſcriptores.

Generis, Naturę.

Re, Vel hæreditate.

Legibus, Ex formula legum.

Ciuis tantum, Sit in vrbe.

Liceat, Per leges.

Adoptionum, Vt adoptentur ab aliis in locum filiorum.

Familiam, Naturalem.

Suſtulit, Procreauit, genuit.

Inſtituto, Per teſtamentum.

Abdicato, Filio.

Lex, Ab aduerſariis.

Fit, Abiicitur.

Prior ſtatus, Quęſtio.

Altera, Quęſtio.

Habet, Statum.

Ante legitimum, Cum nullus nothus ſecutus ſit.

Sed natus, Filius.

Voluntate, Sententia.

Nato, Tãq̃ nõ ãn legitimũ nato.

Argumento, Quod ſequitur.

Tantum ciuis, Qui non ante legitimus eſt natus.

Poſt filius, Scilicet ne erit ante legitimos natus, q̃a nullus ſecutꝰ eſt.

Legis, Ob contrarietatem ſcilicet.

Voluntas, Legis.

Duo ſtatus, Scripti, voluntatis atq; etiam ſyllogiſmi.

Duplex, Lex ipſa.

Volenti, Filio adoptato.

Redire liceat, Vt demus tibi q̄d maxime tibi liceat redire.

Idem ſtatus, Oritur.

Duobus, Nato, atq; abdicato.

Eorum, Duorum.

Alter, Nothus.

Repellitur, Ab hęreditate ꝑ adoptatum ſcilicet abdicatus, ne quid de bonis paternis capiat hic, q̃a pater adhuc dicitur abdicati, certum eſt abdicatum inter liberos eſſe, cum pater & filius mutuã relationem habeant,

Inteſtati, Præſentis.

Legem, Scilicet ſibi.

Status, Oritur hic.

Quia pater, Adhuc dicitur.

Colligit, Comprobat.

Petitione, Hæreditatis.

Filium, Scilicet legitimum.

Legitimi, Filii.

Legitimi, Ex legibus profecti.

Tres illi ſtatus, Scilicet cadunt in controuerſiam.

## CAPVT. IX. Fo. XXVI.

PArte, Iudicialium cauſarũ id remotum eſſe.

A negociali parte, Seu ſtatu.

Quod ab oſtentatione, Eſt autem hoc nomen ἐπιδεικτικόν, vt Fabius ipſe indicat ſupra in capite quodã.

Quę, Genera cauſarum.

Negociis, Ciuilibus.

Munus, Laudandi & vituperãdi.

Momentum, Cenſura.

Iudicium. Æſtimationem.

Quo, More romano.

Quæſtio, Celſi, cuius ſupra capite quodam meminit.

Fortuna, Nã talis quoq; eſt, qualis eſt in fortunis.

Suis, Diſpenſandis, hic enim vel



ſeruilis aĩus auaritia vicit̃, vel generoſus liberalis & magnificꝰ appet.

Si eũ qui ex Thetide. i. Achillẽ.

Sacri certaminis, Menãder a Philemone nequaq̃ pari ſcriptore, ĩ certaminibꝰ comœdiarum ambitu numeroq; & factionibus ſæpenumero vincebatur, eum cum forte obuiũ habuiſſet, quęſo inquit, Philemo, bona venia dic mihi, cũ me vincis nõ erubeſcis? Euripidem quoq;, Marcꝰ Varro ait, cũ quinq; & ſeptuaginta Tragœdias ſcripſerit, in quinq; ſolis viciſſe: cum eum vincerent aliquot Poetæ ignauiſſimi, Gelli. lib. xvi. capi. iiii. Propterea videlicet, ꝙ quemadmodum ait Pindarus in Olympiis: Gratia, quæ omnia dulcia facit mortalibus, ſæpe falſa oſtẽdit, dies autem poſteri teſtes ſunt ſapientiſſimi. &,

Maius ab exequiis nomen in ora venit vt Ouidius dicit.

Cum reginę Lydię habitum, Herculem, gigantum monſtrorũ, ac leonum victorem, vſq; adeo in Lydia emolliuit amor Omphales reginę, vt etiam non vereretur habitum ſuum, hoc eſt leonis a ſe interfecti exuuium, cum reginę monilibus cõmutare, tremereq; haud aliter, ac timidus canis ad ſcuticas dominę, ſtatoq; tempore certum fili modũ a ſe ductum, amicę perſoluere: Pẽſa enĩ certa pondera ſunt quę ſtato tẽpore ancillis conficienda attribuere ſolebant veteres matreſfamilias, qui mos & hodie apud pleraſq; durat: Hiſtoriam ſcribit Ouidius pulcherrime in epiſtola Deianirę ad Herculem. Pietas, principis noſtri, Nã autore Suetonio impotẽtia tyrãnidis prouectus Domitianus, ĩ capite edictorum ſic dictauit, dominꝰ deuſq; noſter, id quod & Martialis indicat hoc verſu de Domitiano ſcribens:

Edictum domini deiq; noſtri.

Inteſtatorum, Qui emortui ſunt nullo facto teſtamento.

Decreta, Senatuſconſulta.

Inter q̃, Scilicet mortuis decreta.

Monumenta, Lucubrationes.

Menander, Poeta comicus.

Vt in Paride, Nam cum Hecuba Paridis mater ſomniaſſet ſe flãmam parere, quę Troiam ſuccenderet, adhibiti coniectores interpretati ſunt: Paridem filium recens natũ, Troiani regni, & ſui ipſius excidiũ fore, q̄d ob raptam Helenam Menelai vxorem poſtea vſu venit, velut narrant Poetę Homerus & Vergi.

Et Therſitę, Quem Homerus ad portentum vſq; deformem facit, capite acuminato, eoq; raris capillis conſperſo, tum oculis ſtrabis, humeris contractioribus ad caput, altero pede claudum, poſtremo graculorũ inſtar bonis ſententiis obſtrepentẽ. Vnde ob contemptum ab Vlyſſe verberibus coercetur: Nirea, Homerus in nauium catalogo omnium principũ, q ad Troiã venerint, formoſiſſimũ ſcribit, ſed tñ imbellem.

Pliſtinem impudicum, Hunc Pliſtinem tradunt adulterino concubitu ſuſtuliſſe Agamemnonem & Menelaũ, cũ alias Atreus legitimꝰ pr̃ dicat̃ porro forma egregia Pliſtines adiutꝰ, obrepſit vxori Atrei.

Vt Melio, Spurius Melius eques Romanus frumentum populo ſua impenſa largitus eſt, & ob id factũ conciliata ſibi plebe, regnum affectans a Caio Seruilio Hala magiſtro equitum occiſus eſt, ac domus ſolo æquata, autor eſt Liuius.

Marco quoq; Manlio, Qui Capitolium a Gallis defenderat, cum ob ſtrictos ære alieno liberaret nexos, crimine affectati regni damnatus, de ſaxo Tarpeio deiectus eſt, in cuius notam ſenatuſconſultum factũ eſt, ne cui de gente Manlia Marco cognomen eſſet.

Perſes, Perſen hunc vel regẽ Perſarum, a quo Perſæ nominati ſunt intelligo, vel quempiã nomine Perſen, qui autor fuerit Perſis eius legis, qua ſciebant matres & ſorores in connubium adducere, id q̄d Catullus Epigrammate quodam inſectatur: Porro ꝙ Ludouicus Cœliꝰ hũc locum correctiorem fere ĩ totũ mutare conatur, non placet, etiã doctiſſima ſint quæ ad iocum hũc cõgerit, lib. x. cap. xviii.

Lacedęmonii, De differentia gentium vide ſtultitiam Eraſmi.

Rapto viuere, Xenophon in lib. quẽ ſcripſit de Repu. Lacedęmoniorum, inter alia cõplura & mire potentiam eorũ cõmendantia, recẽſet legũ, fortitudinis, & patientię velut ſpeciem fuiſſe: vnde & Horatius ſic ait, in Odis: Me nõ tam patiẽs Lacedęmon. Et Lycurgus Lacedęmoniorum princeps, maſculis pueris victꝰ rationem tenuiſſimã pręſcripſit, cõceſſit &, vt ſi quę inſuper deſiderarent ad famem reſtinguendã, furarentur & raperent, modo nõ deprehenderẽtur: nam deprehenſis pœna ſtatuta erat, nimirũ vt hac ratione bellicoſiores, & in hoſtem ferociores euaderent. Laudant̃ autem vrbes Sic Auſonius Treueros, & Moſellę fluuium, Romam, Mediolanum, Viennam Gallię vrbem.

Veteribus Romanis, Vnde ſubmouit ſenatu Cato Cenſor eũ, qui decem argẽti põdo domi haberet vt refert Florus: Et Fabritius, vt, eſt apud Gelliũ, ingens auri põdus a Samnitibꝰ oblatũ recipere noluit, malens in fictilium vaſorũ vſu ipſe viuens aurea habentibꝰ imperare.

Frugalitas apud Sybaritas, Populos Calabrię, qui ob luxum nimiũ & veſtium & ciborũ, de ſe prouerbia dedere: Nã Sybaritica mẽſa ꝓuerbialiter ꝓ lautiſſima viuẽdi ratione dicit̃: Tũ & Martialis Sybariticos libellos vocat amatorios, & obſcœnos. Vide Eraſmũ. Factorũ laus generalis, Apud Laertiũ philoſophus q̃ſpiã, opinor Carneades, fragilitatẽ humanę cõditionis differẽs, mortẽ adeo plauſibilẽ auditoribꝰ fecit, vt plerîq; domum regreſſi, vitæ tædio mortem ſuis ſibiq; conſciuerint.

Quorũdam a medicis ciborum, Vt Cato & Chryſippꝰ braſſicę laudes peculiari volumine ꝓſecuti ſũt velut teſtatur Plinius lib. xx.

In vituperando Catone, Autor Suetoniꝰ a Iulio Cęſare duos libros quos contra Catonem ſcriptos reliquit, Anticatones inſcripſiſſe.

CAPVT.X. Fo.XXV.

HOneſti quæſtionem, Opinio eſt Stoicorum præcipue philoſophorum, qui omne vtile honeſtum ſtatuunt: quorum ſententiam Marcus Tullius fuſiſſime tractat, libro tertio Officiorum, & etiam in Paradoxis.

Hęc eſt ratio veriſſima, Q2 ſcilicet non ſint vtilia niſi honeſta.

Communis magis intellectus, Iuxta vulgi ſenſum.

Loquendum, Eſt apud imperitos.

Eas, Deliberationes,

Iugumq; Caudinum, At vero Titus Veturius, & Spurius Poſthumius: Quia cum male pugnatum apud Caudium eſſet, legionibus noſtris ſub iugum miſſis, pacem cum Sãnitibus fecerant, dediti ſunt his: iniuſſu enim populi ſenatusq; fecerant. Eodem tempore T. Mutius & Q. Æmilius, qui tum Tribuni plebis erant, ꝙ eorum autoritate pax erat facta, dediti ſunt, vt pax Samnitum repudiaretur. Atq; huius deditionis ipſe Poſthumius qui dedebatur, ſuaſor & autor fuit. Qđ idem multis annis poſt C. Mancinus, qui vt Numantinis, quibus cum ſine ſenatus autoritate fœdus fecerat, dederetur, rogationem ſua ſit eã, quã Lucius Furius & Sextꝰ Attilius ex ſenatuſconſulto ferebant, qua accepta, eſt hoſtibus deditus. Hęc Cicero libro tertio Officiorum. Hic vtilius certe fuiſſet, pręclaros illos viros in rep. adſeruare. Verum qa honeſtas diſſuaſit, dediti ſunt hoſtibꝰ.

Legales tractatus, Controuerſię legales, an liceat, an ſit permiſſum legibus.

Interim, Dum eo perueniamus.

Det Haleneſum, Inſulam: Cuiꝰ titulus eſt hodie in codicibus Græcis περὶ ἁλννήσων. Eſt autem Haleneſon inſula, quæ cum ante Athenienſis ditionis eſſet, capta a piratis, & hinc a Philippo Macedonum rege recepta, diu in ãbiguo erat vtriꝰ eſſet, Athenienſis ne populi, an Philippi. Quare cum Athenienſes ipſi repetundarum agerent, Philippus reddere eam quidem Athenienſibꝰ recuſauit: ꝙ videlicet ipſe eis non extorſiſſet, ſed a latronibus redemiſſet, verũ doni & muneris titulo ſe daturum hanc velut gratiã Athenienſium populo: id quod ignominioſum videbatur Athenienſibus, res bello agi cœpta eſt, idq; ex conſilio Demoſthenis.

Apud Ciceronem in Philippicis, Nona Antoniana, De ſtatua erigẽda. Panegyricis, Orationibus laudatoriis.

Libera, Arbitrio dicẽtis expoſita.

Iſocrates fecerit, Nam a laudibus eloquentię exorditur.

Vicinia, Cognatione quaſi.

Gorgias, Eodem modo fecit.

Olympico, Laude Olympicorum ludorum.

Conuentus, Scilicet vniuerſę Gręcię, vt quinto quoq; anno eſſent celebres. Criſpus Salluſtius, Nã Catilinã auſpicatur a collatiõe animi ad corpus, & vtriuſq; virtutum. Et Iugurthinum bellum incipit a refutatione opinionis, quę fragilitatem humanę naturę querebatur.

Extrinſecus, Aduenĩẽtis obiter.

Concitanda, Commouẽda eſt aduerſus hoſtem.

Conciliationem, Ad amicitiam reſtaurandam.

Fas habetur, Permiſſum eſt,

Studio, Gratię.

Mores, Eius qui conſulit.

Operibus, Ædificiis.

Voluit, Cicero ex ſententia Ariſtotelis.

Vires, Facultates.

Mores, Leges, conſtituta.

Rerum, Facultatum & morum,

Re, Ipſo argumento.

An Iſthmos ĩtercidi, Iſthmos gręcis terrę anguſtiam inter duo maria ſitam ſignificat: cuiuſmodi eſt ĩ Achaia, vbi Corinthus oppidum: Tum & in Thracia. Porro deſtinauit Iulius Cæſar Achaię Iſthmum perfodere, vt maria confluerẽt, idẽq; exiccare paludes Põticas: autor Suetonius: ſed morte præuentus non ꝑfecit. Portum autem Hoſtię extruxit ingentibus impendiis Claudius Cęſar, vt in eius vita refert Sueto.

Alexander terras, Alexander Magnus cum ex autoritate Democriti philoſophi accepiſſet plures eſſe mundos, ſtatuit Oceano pernauigato eos vincendos inquirere: Vnde declamationum argumenta antiqtas duxit, Innuit hoc Iuuenalis.

Vnus Pelleo iuueni non ſufficit orbis.

Plurima, Diuerſę ſpecies.

Sententiæ rogantur, Quærũtur conſilia.

Stipendium, Apud Liuiũ lib. v.

Simplex, Vnũ ſtatũ tantũ facit.

Accedunt cauſæ, Aliquoties ad materias.

Deliberat Cæſar, Vide Ceſarẽ in commentariis.

Gallis bellum minantibus, Gallorum rex Brenno in Hetruriæ finibus Cluſianos adortus, magna affecit clade. A Romanis ergo miſſi ſũt legati ad pacem faciendã inter Cluſinos & Gallos, exorta rixa regem ipſum trucidarunt: Vnde Galli cõmoti Romanis indixerunt bellum. Hic deliberatio quã ꝓponit Fabiꝰ.

Milites, Deterriti ferocia Germanorum.

Hę, Materiæ.

Quęſtio, Simplex.

Fas, Ius gentium.

Locus, Occaſio.

Hunc caſum, Hanc cõſternationem militum.

Defecti, Deſtituti.

Neceſſe eſt, Deditionem facere.

Idipſum, Quod ſubiicitur.

Circumuenti, Ab hoſtibus,

Non fecerunt Saguntini, Saguntum Hiſpanię oppidum munitiſſimum, cum diu fruſtra oppugnationem Hannibalis ſuſtinuiſſẽt, vt qđuis potius q̃ fidem populo Romano datam deditione facta frãgerẽt, ad extrema adacti, ſeſe vna cũ domiciliis concremabant.

In rate Opitergina, Opitergium oppidũ eſt Italiæ, non ꝓcul a Venetiis, velut indicat Plinius lib. xiii. xix. Eius ciues pugna nauali ab hoſtibus circunuenti, potius q̃ ſe hoſti trucidandos relinquerẽt, mutuis cædibus ſeſe confecerunt.



Nõ magis, Mihi videt̃ eẽ cõſiliũ.

Dubiis, Quorũ euẽtus eſt ĩcertus.

Tertiam partem, Suadendi.

Qua parte, Vtilitatis.

Partes, Suadendi & diſſuadendi.

Illic, In exemplo Opiterginorũ.

Hymni deorũ, Vnde ludi Apollinares in honorem Apollinis inſtituti ſunt, & Megalenſes ludi in honorem magnę deũ matris Cybeles.

Serui armentur, Nam cum multis cladibus exhauſta eſſet Romana ciuitas, ita vt iuuentus libera ad exercitus reparandos non ſuppeteret, conſilium factum eſt, & ſenatus conſultum, quo permittebatur ſeruos armari contra hoſtem, quando lege ſtatuebatur capitalis pœna ſeruo militanti.

Cæſar vicerit, Pompeianos, & ex ſequenti fidem non ſeruatam auxiliarium vlciſcitur.

Quod eſt veri ſimilius, Poſterius ſcilicet Cæſarem vincere.

Vtriſq; differentia, Hoc eſt, pluribus & ſingulis conſultantibus.

Senatus, Concio omniũ ciuium.

Catoni, Maximę ſeueritatis viro, & ab omni ambitione alieno.

An Caio Mario, Nouarum rerũ ſtudioſiſſimo, & ex altera parte ciuilis belli autori: arma enim contra Syllanam factionem cepit, velut refert Lucius Florus.

Scipio prior, Vehementis & ferocis ingenii vir.

Fabius deliberet, Lentiſſimi quin & manſuetiſſimi ingenii homo, qui quemadmodum ait Ennius apđ Ciceronem de ſenectute.

Vnus cunctando Romanis reſtituit rem. nam Hannibalem iuueniliter exultantẽ ſua patientia fregit.

Proficiet, Mouebit.

Vanitas, Pro qua grauitas.

Aliquanto vero magis, Scilicet ꝓmouendus eſt animus eius.

Propter id, id eſt, hoc argumentum. Malorũ, Scilicet ex vitiis.

Bonorum, Ex virtutibus.

Liberare, Occaſionẽ reſpõſionis.

Cæſari, ſed citra vtilitatem eiꝰ recta ſunt, quę propoſuit honeſte perſuaderi Cæſari.

Suaſorias, Materias.

Hęc conſilia, Parum decora.

Suadere, Scilicet ſeſe, ſed tanq̃ eiꝰ perſona qui conſiliũ petit digna.

Impellunt, Suadendi ratione.

Color, Scilicet quidã honeſtatis.

Loquitur, Ad milites.

Indignatione, Quod videlicet indigniſſimum ei videretur, reipublicę adminiſtrandę gubernacula paucis quibuſdam præpotẽtibus, & nouis hominibus in manus dari, per quorum factionem nobilitas non admodum diues, & plebis paupertas opprimeretur.

Sic Atreus, Qui proprios liberos occidit.

Ambitus, Studium honoris conſeruandi, etiam per ſcelus.

Hęc, Conſultatio.

Quę dicuntur, Per conſilium.

Summiſſiorem, Menſuram quandam minorem.

Ratio ipſa, Argumentatio.

Proſopopœiæ, Id eſt, quando introducimus in oratione deliberatiua conſilium, ad imitationem alicuius perſonę compoſitum, vocabulũ certe ipſarum perſonarum fictionẽ ſonat: πρόσωπον perſonam ſignificat, & ποιέω fingo.

Aliter Cæſar, aliter Cicero, Cęſari enim tribuit Salluſtius orationẽ mitem, & ſupra modum indulgentem, dum videlicet vel ſic in Catilinaria coniuratione negat animaduertendum in coniurationis autores, idq; facit callide nimirum, quo ad clementiam audaciſſimi cuiuſq; fauorem conciliet, ſicq; aditum ad imperium occupandum præparet: Rurſum Cicero, dum gloriam veram ex patrię libertate omnibus viribus ſectatur, mauult mortem ſubire, q̃ non vel ingenii artibus rẽpublicam tueri: At Cato ſeueriſſime animaduertendum in coniuratos, velut patrię honeſtas ſuadet, cẽſet.

Duplicis eſt operę, Alterius ſuadendi, alterius ſeruandi decorem.

Vocem dabat, Quibus accõmodabat orationem ſuam.

Indoctis, Hominibus, nã ſi indoctus eſſet cui ſcribebat, indoctã quoq; & eo dignã orationẽ meditabat̃.

Habitus, Geſtus.

Alio, Diſcrimine.

Hoc, Perſonis diſtare.

Controuerſias, Contentiones iudiciales.

Poni, Proponi in declamando.

Priami verba, Quibus exorat animum Achillis ferocem, vt Hectoris filii occiſi corpus reddat honorifice ſepeliendum: Eſt autem locus apud Homerum vltimo.

Syllę dictaturam, Cũ eam ſeruare licuiſſet, vnde & Iulius Cęſar. dixit, Syllam literas neſciuiſſe, qđ dictaturam depoſuiſſet, cuius occaſione potuiſſet imperium inuadere.

Hęc, Themata lib.

Subſtituimus, Introduximus pro nobis loquentes.

Pro Cœlio, Cœlius adoleſcẽs hac cauſa ſuſpectus erat iudicibus quibuſdam, qđ Clodiæ venenum paraſſe diceretur: Verum Cicero hanc cauſam Cœlii ſic tuetur, vt ſubſtitutis perſonis Appii Cęci, quẽ non pudeat de libidine verba facere, & Clodii fratris iunioris ipſius Clodię, qui ꝙ vna cum ſorore concubuerit, facile promere queat, quę ſe cõſcio ſoror libidinoſa commiſerit, atq; hac arte eludit iudicium Cicero, quodq; Cœlius ſpreuerit Clodię blanditias, in ius ab aliis adulteris vocetur.

De pœna Theodoti, Qui cũ p̃ceptor eſſet Ptolomei regis Ægypti, autor fuit diſcipulo pupillo vt Põpeiũ Magnũ illuc ad litꝰ appellẽtẽ in fuga iuberet ĩterfici, & caput eiꝰ ad Caiũ Cęſarẽ hoſtẽ deferri: Cęſar autẽ viſo Põpeii capite, illachrymauit eũ virũ interfectũ, cuius vita victoriã ſuã clariorẽ reddidiſſet, q̃re deliberat, an ſupplicio afficiat Theodotũ eius cędis autorẽ, vide Florũ.

Permiſta autẽ eſt, Et vtilitatis ratio, quę ꝓprię eſt ſuaſorię materiæ

Querit & de honeſto, Vt nonni- hil etiã demõſtratiui gñis accedat.

Abrupta, Nihil auditorẽ p̃parãtia

Concitatã, Vehementem, hoc eſt, affectibus plenam.

Non quiritet, id eſt, non quæſtio- nibus obturbet, quę omnium maxi me declamationes deſiderant.

Torrens, Impetuoſa oratio.

Cur, Quaſi dicat, nullã ob cauſã.

Nã & Philippicas, Conſtant Phi- lippicę deliberatiuo genere, ſuadet enim Demoſthenes Athenienſibus bellum ſuſcipere contra Philippũ.

Breuitas quoq;, Quę ſemp gene- rale qddã habet: Porro hoc demũ generale eſt, qđ in ſingularibus ſi- militer cõtingere eſt deprehẽſum.

Nãq; in his, Hiſtoriis.

Cõtiones, Habitę ad populũ, ſiue milites.

Sentẽtię, In ſenatu habitę.

CAPVT. XI. Fo. XXVIII.

QVę eſt quęſtio, Quaſi dicat nulla plane.

Ariſtoteles, Lib. iii. Rhetoricorũ.

Hoc quoq;, Hanc rationem partẽ cauſæ iudicialis, quę proponit bre- uiter, poſtea vel narranda, vel expli canda, idem Ariſtot.

CAPVT. XII. Fo. XXIX.

IN pecuniis repetundis, Pecunia rum repetundarũ nomine, intel- ligimus ea omnia quę diuitiis con ſtant, velut veſtes, vaſa aurea, & ar- gentea, æs ſignatũ. Porro actio repe tundarũ frequenter cadere ſolebat in Magiſtratus Romanos, qui in p̱ uincias a ſenatu emiſſi, prouĩcialiũ opes p̱ ſua libidine arrodebãt, adeo vt ſępenumero intolerãdis iniuriis adacti p̱uinciales, ipſis proconſuli bus actiones repetundarum pecu- niarum intenderent, in quib⁹ alius ob aliam rem ereptam, crimẽ diuer ſum intendebat, vt cognoſcere li- cet ex actionibus in Verrem.

Quoniã Pretor certa lege ſortit̃, Conſtitutis diebus per ſortem indi cat ſeorſum, & diuerſo tempore de diuerſis criminibus. Olim enĩ dies iudiciorum per ſortem partibus cõ dicebatur, autore Sexto Pompeio.

Centũuiri, Triginta quinq; tribus Romę erãt & ex ſingulis tribubus terni ad priuata iudicia cognoſcen da legebantur, qui iudices Centum uiri dicti ſunt, etiamſi numerus cẽ- tenarium excedat, ſed appellatio ſic ſeruata eſt, quoniam facilior.

Quidam, Scilicet ex delatorib⁹.

Sicut diuinationes, Cum de con ſtituendo accuſatore quęritur, iudi ciumq; ſuper ea re redditur, cui nã potiſſimum ex duobus pluribusve accuſatio ſubſcriptione in reũ per- mittatur, ea res atq; iudicium, Di- uinatio appellatur, quoniam iudi- cium iudicem diuinare quodãmo- do oportebat, quam ſententiam ſe- ſe ferre par ſit: Aul. Gel. li. ii. ca. iiii.

CAPVT. XIII. Fo. XXIX.

VSi fere omnes exemplo, Intẽ- tio omnis: Oreſtem Clytẽnę ſtram matrem occidiſſe. Depulſio, occidi, ſed iure: Ratio, quia patrem Agamemnonem interfecit: Firma- mentum, ſed non oportuit matrem indemnatam occidere filium. Na- ſcitur iudicatio ex firmamenti & rationis controuerſia, an Oreſtis in terfuerit patrem vlciſci, & matrem nullo iudicio damnatam occide- re: Eſt autem firmamentum, qđ ad deiicien dam rei rationem ab accu- ſatore refertur, ſine quo accuſatio non conſiſtit: Inde ex firmamenti & rationis conflictu naſcitur quæſtio, quæ & iudicatio dicitur, & hoc in ſtatu coniecturali non inuenitur, quoniam in ea non eſt ratio: Præiu dicium dicitur res, quæ cum ſtatu- ta fuerit, exemplum affert iudicatu ris quod ſequantur: Porro iudiciũ eſt res, quæ cauſam litemq; determi nat, ſic Aſconius.

Conuicium. Obiurgatio eſt, qua audientes velut ad vitiũ vocamus, vnde iuris conſultus quiſpiam in Pandectis, niſi me fallit memoria, quaſi conuocium dictum putat, vt ſit exprobratio quædam multis au dientibus.

Amplificatio, Ea eſt cum verbis aut ſententiis pluſq̃ res poſcere vi- detur, dicimus.

IN PRÆFATIONEM. LIB. IIII. Fo. XXX.

SAnctiſſimus cen ſor, Grauiſſimus æſtimator mor̃, Auguſtus videli cet Domitianus.

Eloquẽtia quo q; eminentiſſimũ, Opinor hanc lau dẽ maxime pertinere ad prima tẽ- pora ſuſcepti ĩperii a Domitiano: Quandoquidẽ Suetonio Tranquil lo autore, in hiis modeſtiſſimũ geſ- ſit imperium, adeo vt ſi perſeueraſ ſet in inſtituto, inter laudatiſſimos referri potuiſſet: porro vt in cæte- ris, ita et in eloquentia vtriuſq; lin guę ĩſignis deſcribitur a Suetonio, vt qui etiam commentaria hiſtoria rum reliquerit.

Muſas inuocarent, Vt Homerus in Iliade ſua ingreſſurus deſcriptio nem principum, qui ad Troiam ex pugnandam venerant: Et Vergili⁹ ad exemplum Homeri idem hoc in ducibus obſeruat.

CAPVT. I. Fo. XXX.

QVod principium, Etymolo- gia videlicet.

Id fieri, Vt ſcilicet pręparem⁹ au ditorẽ, vt ſit nobis accõmodatior.

A perſonis, Iudicis, actoris rei.

Suſpitio, Immodica.

Sordium, Auaritię.

Videamur, Exordiendo.

Patronus dabit, Vt beneuolentiã captet ab eorum perſonis, qđ tamẽ perraro fieri debet.

Negat eſſe p̱œmia, In quib⁹ ſcili- cet beneuolentiã captem⁹ ab aduer ſę partis patrono, ſiue etiã a iudice.

Rectum, Seuerum.

Illud, Inuidiam, odiũ, contemptũ inducere. Feciſſe aliqd, Cõtra ini- micos iniuſti. Tali cauſę, Vbi ſci- licet iudex erat ſuarum rerum.

Pro regina Berenice, Regis Pto- lomęi vxore: Vnde apđ Stephanũ, ciuitatis nomẽ in Silicia Beronice eſt factũ, cũ ante Heſiperis diceret̃.

Cõcilio, Dũ multi iudices p̃ſunt

Nunq̃ ſuaſerim, Adhiberi metũ corrupti iudicii per minas.



Quid vero. ſ. dicemus.

Ex partibus. Quibus conſtat.

Pro Cœlio. Nam mirat̃ Cicero, q; p̃ter conſuetudinem feſto die ad cauſam cognoſcẽdã ſedeřt iudices.

Pro Deiotaro. Nã in oratione ei⁹ principio q̃rit̃ Cicero, ſibi intra an- guſtiam priuatorũ parietũ dicendũ pro rege, vbi eloquentiæ lucẽ expli- care nõ queat: Dixit enĩ apđ Iulium Cæſarem &c.

Habitus. Hoc eſt, noui iudicii, no ua forma: erat enim conſeſſus iudi cum ſeptus magna armatorum ma nu, ex factiõe Clodiana: quare timo rẽ ſibi dicturo incuti fingit Cicero.

Opinio. Ne mali aliqd ſuſpicẽtur iudices de Cicerone, q; cũ ãn ſemp̱ defẽderit, nũc primũ accuſare Ver rem incipiat, multis modis hãc ho- minũ opinionem a ſe reiicit, indicãs vrgentiſſimis cauſis ad hoc ſe inſti tuti perductum.

Rogantis. Demoſthenis.

Accuſator. Æſchines.

Fiducia. Oratoris.

Pene oĩa. Omnibus exordiis.

Abominari. Specie aduerſarior̃.

Vanitate. Leui mendacio.

Pro Cluẽtio. Qui reus agebatur coempti iudicii per pecuniã, vt hac ratiõe Albuti⁹ aduerſari⁹ dãnaret̃.

Niti. Firmari.

Iudicii Iuniani. Habiti a Iunio, quo iam damnatus erat A. Cluenti us: verum res poſtea prouocationi- bus extrahebatur.

Rationem veneficii. Nam p̃terq̃ q; exiſtimabatur iudicem pecunia corrupiſſe, & veneficia paraſſe, ru- mor erat venenum ab A. Cluentio paratum aduerſantibus inimicis.

Quędam. Crimina.

Eleuanda. Leuiora facienda.

Remittendã. Diminuendam.

Pro Ligario. Quo Cicero obiecta crimina cõfitet̃ Cæſari, apud quem dicebat.

Expectatione. Iudicii ſuſcepti eti am feſto die.

Genera cauſarum. Quæ genera recipiantur in tribus primis generi bus cauſarum: Nam vt in iudiciali, ſic & in deliberatiuo materia occur ret honeſti, humilis, dubii, admira- bilis atq; obſcuri.

Plurimi fecerũt. In quorũ nũero & Cicero eſt libro de Inuẽtiõe. i.

ἔνδοξον &c. Probatũ, ĩprobatũ, in vtrãq; partẽ ęſtimatũ, p̃ter opinio- nem, minime veriſimile.

Remediis. Arte quadam, qua iu- dicem cõciliamus.

Et eo quidã, Vt Cicero libro pri mo Rhetoricorum.

Inſinuationem. Vt ſit inſinuatio oratio, quadã diſſimulatione & cir- cuitione obſcure ſubiens animũ au ditoris, ſic in rhetoricis.

Surrepat animis. Iudicum.

Res ſit improba. Quã petamus.

Probetur. Cõmendet̃ cauſa

Et quidã. In quorũ nũero ẽ Her- mogenes Grecus, Tomo ſecũdo.

Cauſa laboramus. Parũ honeſta.

Propria ratiõe. Ex cauſæ habitu.

Se quoq; moueri dicit. Nã facilita tẽ & inprudẽtiã Rabirii litigatoris dãnat & ip̃e, qua opes ſuas regi Ale xandrino Ptolemeo p̱fugo credide rat: vnde de pecuniis repetundis re us factus ſit Poſthumus.

Apud fatigatos. Detrimentũ qđ poſſit inde euenire eſt, q; animi iu- dicũ actiõe aduerſarii ſint occupati

Alterũ. Fatigationem.

Sociorum. Siculorum.

Schema. Figura ſententiæ, dicit̃ occupatio & p̃ſumptio.

Quæ ſunt. Scilicet ſpecies.

Veras. Rectas.

Facillime poſſunt. Rationes pro- œmiorum.

Ibi. Iudicio.

E re. Cauſa.

Fidem. Autoritatem.

Decebit. Decorabit.

Compoſitionis. Breuioris.

Vocis. Leuioris.

Vultus. Honeſtioris.

Indubitabili. Certiſſimo.

Accuratos. Omnino plenos.

Recepti. A iudicibus.

Conciliatis animis. Iudicum.

Feretur. Tolerabitur.

Locos communes. Contra vitia, & pro virtutibus.

Notari, Damnari.

Nitore, Elegantia.

Diducta, Diſtincta variis mẽbris.

Inelaboratę, Extemporali.

Sed hęc, Sunt tractanda.

Turbari, Labi.

Deſtitui, Turpiter ſe dare.

Nuſq̃ turpius, Eſſe p̃nt q̃ in p̱œ mio. Cicatriçoſa, Cicatricib⁹ affecta

Senſus, Sententias.

Ne in caput, In iuſtam orationis ſummã. Vtilitas, Auerſi ſermõis.

Demoſthenes, Vnica forma dicẽ di, in oratione pro Cteſiphonte.

Inſtitit, Fortius mouit.

Hoc tãtũ indicaſſet, Simplici mõ.

Qđ idẽ, Lãgueſcere orationem.

Vt modo, In eodem capite.

Pręterea, Vitioſum eſt procœmiũ.

Hæc, Scilicet de procœmio obſer- uabuntur. Ariſtoteles, Libro tertio Rhetoricorum.

Apuđ bonos iudices, Qđ videli- cet hi non affectibus, ſed qualitate cauſę ad pronunciandum impellan tur: Iam hoc pręcipue molimur p̱œ mio, vt iudices, quiſq; in ſuę cauſæ vtilitatem conciliet. Verũ apud La- cedęmonios cautum erat, ne quis p̱ œmiis vteretur.

Prodicus, Rhetor Græcus.

Frigida eſt affectatio, Vt progreſ ſio efficiat aliquam ſententiam.

CAPVT. II. Fo. XXXII.

PIcens, Ager is eſt in Italia, ſic appellatus, quaſi min⁹ celebra tus & inglorius, vt eſt apud Cicero nem de Amicitia.

Loci, Quam ſcriptores τοπογραφίαν, loci deſcriptionem vocãt, quẽ- admodum perſonę narrationẽ προσωπογραφίαν, & temporis χρονογραφίαν, cauſarum αἰτιογραφίαν, aut etiam αἰτιολογίαν.

Vt idem, Cicero in Verrem.

Ciceronis de diſcurſu, In oratio- ne pro Roſcio.

Chryſogonus, Inimicus Roſcii.

ὑποτύπωσις. Subformatio.

Vel de re conſtat, Cum narratio nis virtute res ita depingitur ocu- lis, vt non tam audiri, q̃ ſpectari pu

tetur,qđ maxime fit ꝓpriis verbis, naturali rerum ſeruato ordine:por ro τύπος Græcis imaginem ſonat: ὑπὸ ſub,ꝗ ſit velut ſubiectę rei ima go. Pubertas,Quando corpus pi lis veſtitur,tunc pubertas incipit.

Diuerſę partis expoſitio,Aduerſa rii pars tenetur explicare fuſius, q̃ actor propoſuit ſub compendio, ſi commodum fuerit.

Rabirio Poſthumio,Reo repetun darum.

Conuenit,Inter autores.

Añ acta vita,Modeſte & pacifice.

Aliiſq;,De cauſis.

Tragœdiis,Euripidis in Aiace.

De laude,Gloria bellica propter arma ipſius Patrocli,quo certami ne actus Aiax per mœrorē in inſa niam redactus eſt , vnde poſtea ſibi ipſi mortē conſciſſe narratur.

Eiuſmodi narratiões,Paꝝplenas.

Petitionem,Magiſtratus.

Hic,In ea narratione.

Veneficio,Cuius reꝰ agebatur.

Illę duę,Narrationes.

Excutiendi,Repellendi.

Ventum,Arege Ptolemęo:

Curationem, Adminiſtrationem pecuniæ.

Suſcepiſſet,Poſthumius.

Vel augendi,Gratia.

Iter,Per Siciliam.

Cuius,Narrationis.

Paulo ante,In principio huiꝰ ca pitis. Soluendos,Recreandos.

Proſerpina,Quęſita a matre Cy beles. Comparatum,Inuentum.

Conciliator,Magis fauens.

Sed hoc,Hunc ordinem.

Niſi forte,Qđ abſurdū ē dicere.

Pro Milone ſcriptam. Nam non pauit eam cauſam,ſed armatorū,q iudicium ſepſerant ſtrepitu deterri tus,in media cauſa obmutuit,& qđ voce non poterat,domum regreſſus calamo Miloni pręſtitit.

Prępoſitis,Diſputatis.

Diſtuliſſe,Protuliſſe.

Præiudicatione, Quę prima eſt q̃ ſtio poſt prooemium.

Quę eſt ſecunda,Quęſtio.

Gratiam,Clodii.

Quod fiet,Qui ordo orationis.

Cauendi,Excipiendi.

Flagitiis,Grauibus ſceleribus.

Criminibus,Accuſationibus.

M.Cœlius,Adoleſcens perditus.

Petulantię,Procacitatis.

Deinde,Nonne?

Ipſius,Sceleris.

Actione,Oratione : accuſabatur enim ab amicis Clodię nobilis ma tronę,tanq̃ pro ære qđ debebat ipſi mulieri,venenum paraſſet.

In quibus,Ludis.

Certa quędam,Argumenta.

Ideoq;,In ſcholis ſuo loco,contra ſuam partem.

Meditatio,Pręexercitatio.

Vtrumq;,Seorſim.

Scholaſticis,Declamationibus.

Zelotypum,Maritum:Zelotypus maritus dicitur,qui cū vxoris pudi citię non credat,eam quibus poteſt rationibus ita deformat , ne corpo ris elegantia alios in ſui amorem al liciat pelliciatq;:nomen ſumptū eſt ab æmulatione formę:ζῆλος æmu latio dicitur,& τύπος forma.

Malę tractationis,Qđ ſe male tra ctet,vel enormis læſionis.

Ariſtotelis,Lib.iii. Rhetoricorū.

Per medium, Mediocrem modū narrandi imitari.

Quo,Id eſt,quare.

Eſſe veriſimilē,Nam niſi vera eſ ſet iſta narratio , haudquaq̃ poſſet tota pro nobis eſſe.

Non tamen exquiſitis, Parū ob uiis autoribus.

Quę qdem virtꝰ, Perſpicuitatis.

Neſcias pręſtare &c.Dubitare qs poterat,vtrum minus velint ꝓprie loqui,an minus poſſint:adimit autē Fabius hoc ſermone iſtis nouatori bus & facultatem & voluntatē pu rę orationis,& ad hunc modum ex ponit Fabii verba Eraſmus in com mētariis De verborū & rerū copia.

Rerum,Dicendarum.

Funis,Quo nauis e puppi alliga tur retinaculo alicui ipſiꝰ portꝰ,ſic enim exponit hunc locum Siponti nus pontifex,quemadmodum vides epiſtola. i.lib. i. quo legere mauult auram:neq; deſunt qui diuerſam le ctionem ſecuti,oram legunt, vt ſit ſenſus,ſoluere orā,a littore diſcede re:Ego tanto codicum conſenſui, q oram habent,nō repugnare audeo.

σύντομον,Conciſam,a τέμνω ſcin do & σύν,id eſt,con.

ταυτολογίας,Id eſt,ſuperfluas locu tiones.ꝑ iterationes intelligo quas Grammatici vocāt ἐπαναλήψεις & ἐπαναλογίας,id eſt,reparatiões & ite rationes eiuſdem ſententię,idq; ꝑ eadem verba.

Apud Ciceronem, In oratione ꝓ Aulo Cecinna.

At partitio,Quod ſecundo loco criminandum.

Qđ Cicero,Pro Quinto Ligario, reo lęſę maieſtatis apud imperato rem Iulium Cæſarem.

Mimis,Fabulis.

Pręparationes,Faciundę.

Latuerint, Irrepſerint in animos iudicum.

Simplicitatis imitatio, Vt enim homines ſimplices in mēdacii ſuſpi cionē haud temere veniunt,ita quo q; hæc morum ſimplicitatem imi tata aliquoties plus fidei meretur q̃ arte cōtorta,vnde etiam prouerbio dicitur: Veritatis eſſe ſimplicē ora tionem:& pueris ætate ſimpliciſſi ma in ꝓuerbio attribuit veritas.

Feſtinato,Feſtinanter.

Hę ſunt,Videlicet rationes.

Magnificentiā,Rerū & verborū.

μεγαλοπρέπειαν,Magnidecentiā, ꝑ Ariſtotelem in moralibus: μεγαλοπρέπεια virtus eſt eorū, quos ma gna decet,vt illuſtrium virorum & principum,id qđ vocabulum indi cat, quandoquidem & Græcis μέγας μεγάλου magnus dicitur,& πρέπον decorum : Conſtat autem ma gnis ſumptibus faciendis in vtilita tem publicam:hinc transfertur ad orationem,quæ nihil habeat humi le, nihil vulgare , ſiue res,ſiue ver ba ſpectes.

Submittendum,Diminuendum.

ἐνέργειαν,Velut lucem quandam orationis,partim in partitionibus, partim in de Oratore,partim ī To picis,qui hanc virtutē ea parte con ſiderant,qua reddit ſermonē effica cem,& velut plus operātem,ab ope re ἐνέργειαν vocant,ἔργον enī Gręcis opus ſignificat,& ſic vtitur vocabu lo hoc diuus Hieronymus in epiſto la quadā ad Paulinā ſic inquiēs:Ha bet neſcio quid latētis energię viua vox.& in aurem ab ore pręceptoris diffuſa fortius ſonat,tametſi vulga res codices fere omnes ἐνέργειαν ha bent:Porro qui lucem quā rebus ad fert ſpectant,ἐνάργειαν vocāt,qđ ἀργὸς lucidum & clarū Gręcis ſignifi cet:Et ſecundū hunc modū accipiē dū eſt hoc loco apud Fabium, quan do ipſe veluti ſpeciem ſubiicit,quan do ipſe euidentiam vertit, & perſpi cuitati velut ſpeciem ſubiicit.

Moratam cū dignitate , Mores & ſenſum hominum communem præ ſe ferentem,& exprimentem.

Pretereundam narrationem, Vt Cicero in.ii.de Oratore inclinat in hanc partem.

Actione, Ratione,genere,natura, pene quando aduerſarii actio nō id intendit,qđ commiſimus , aut plus intendit q̃ ſit admiſſum, aut leuius commiſſum grauioris nomine accu ſat,vt ſi quis furē ſacrilegii accuſet.

Ingenuum ſtuprauit,Ad legē Iu liam de ſtupris & adulteriis,ſtatui tur ſtuprum cōmitti in muliere in genua, vel libera, vel vidua, etiā in virgine & puero.

IN LIBRI QVINTI CAPVT.II. Fo.XXXVIII.

De prꝍiudiciis, Pręiudiciū, inqt Aſconius Pedianus, dici tur res quę cū ſtatu ta fuerit,affert iudi caturis exemplum qđ ſequantur.

De reſciſſis,Annihilatis,videlicet ꝑ cognitionem iudicū,cuiuſmodi iuriſcōſulti inofficioſum vocant,de quibus rebus eſt apud Valeriū Ma ximum lib.vii.cap.vii.&.viii. Tum & in Pandectis.

Qualia in Opianicū,Hic enī Op pianicus de veneficio Aulo Cluen tio parato accuſatur,ad qđ cōuin cendum adhibet Cicero iudicium, quo libertus Fabricii dānatur, qua ſi venenū is exhibiturus fuiſſet.

In reis deportatis,Relegatis,quē admodum fieri ſolebat in quadā ca pitis diminutione, cum ciuitas qui dem amittitur,ſed libertas retinet, qđ accidit ei, cui aqua & igni inter dictū fuerit, qui vel in inſulā depor tatus eſt,ſic Iuſtinian.lib.i. inſtit. de cap.diminut.

In duas haſtas,Hinc eſt qđ Va leriꝰ Maximus iudiciū centūuiraliū ſæpe iudiciū haſtę vocat: ipſe certe q̃q̃ apud idoneos ſcriptores de hac antiquitate nihil cōpertū deprehen di,cōiecturis tamē aliquot adducor Centūuiros iudices in duas partes diſtributos,vt cauſas a priore parte iudicatas,poſterior denuo accuratiꝰ recognoſceret diſcuteretq;:Itaq; ſi ī cauſa aliqua altera pars pronuncia uit,potuit ex ſentētia hoc firmamē tum adferri,quo minus recognitio poſterioris partis iā facile in aduer ſum pronunciare auſa fuerit.

Aduerſus cōſulta,Decretū enim ſenatus conſcriptū erat, cędem Clo dii cōtra rempublicā eſſe, qđ iudi cium ad cauſam Milonis ꝑtinet.

Signatū,Nā ſi argētū omne lega tum eſt,& ſignatū argētū eſt quoq; argētū,ſequit & hoc legatū,ſiqdē ſi gnatū argentum ſpecies eſt argēti.

Quæ materfamilias, Huiuſmodi enim vxor apud iuris conſultos tā tum dicitur materfamilias.

Altera,Scilicet q̃ tātū vxor erat.

Probatis,Scilicet moribꝰ ī manū & poteſtatē cū vniuerſa dote venit.

Altera,Quę ſimpliciter vxor eſt, & ſuū habet peculiū,ſibiq; non ma rito lucratur.

Abſolutū Catilinā, Hic enim cū minorem Africā Prętor expilaſſet, a prouincialibus reus repetundarū factione optimatiū abſolutus eſt, ni ſi quis malit referre ad mitem pla ne ſententiam quā de huius coniu ratione dicit Cæſar apud Salluſtiū in Catilina.

CAP.III.ET.IIII. Fo.XXXVIII.

PArs,Actionis.

Aliis,Stupidis.

Publicum teſtimoniū, Vt adulte rio polluiſſe ſacra,quę matronis adi re tantū conceſſum erat , viris autē capitale,atq; Clodius vt indicat Ci cero,muliebri habitu īdutus, nocte ingreſſus,& ab aliquibus matronis agnitus,ſacrū omne ꝑturbauit.

Quem,Liberum aut ſeruum.

Cauſa,Pręſumptione.

Quis,Torſit.

Iniquam,Duram.

Metum,Religionem.

CAPVT.VI. Fo.XXXVIII.

QVi deos, Vt Epicurei, Diagoras,Lucianus,Plinius.

Nullo offerēte,Iurādi cōditionē.

Id,Iuſiurandum.

Cognitio,Qui cognoſcit cauſā.

Qui,Iudex.

Atq; id agi,Moliri,ſpectari.

Occupaturum,Ante capturum.

CAPVT.VII. Fo.XXXIX.

CIrca teſtimonia,Circa ea q̃ ꝑ tabulas aut per teſtes formant.

Significatio,Emphaſis.

Voluntate,Coactus.

Quo ipſo,Facto.

Contra quem,Et per hoc ſuſpe ctum ſe reddit,quaſi ex odio det te ſtimonium magis q̃ veritate.

Pręſentibus,Teſtibus.

Actionum,Accuſationum.

Nixa,Firmata.

Inuadere,Accuſare.

Eleuata,Infirmata,quēadmodū ī oratione pro Lucio Flacco eleuatur teſtimonium Grępę nationis:ſic enī Cicero ait. Veruntamen hoc dico de toto genere Græcorū: Tribuo illis literas,do multarum artium diſci plinas,non adimo ſermonis leporē, ingeniorum acumen,dicendi copiā: deinde ſi qua ſibi alia aſſumunt, nō repugno: teſtimoniorū religionē & fidem nunq̃ iſta natio coluit,totiuſ q; huiuſce rei quę ſit vis,quę auto ritas,qđ pondus,ignorāt: Vnde eſt illud:Da mihi mutuū teſtimoniū: Non Gallorū,non Hiſpanorū puta tur,totum iſtud Grępoꝝ eſt,vt etiā qui Gręce neſciunt,hoc qbꝰ verbis

a Gręcis ſoleat dici,ſciāt. Porro hęc
ipſa oratio,indicat omnes homines
hic a Fabio notatos , quibus refelli
poſſunt teſtes.

De auditionibꝰ , Qui audita te-
ſtantur. Diuerſa,In foro.

Arguentium,Oſtendentium.

Illa,Scilicet diuerſa.

Confitentium,Quaſi inuiti.

Satis eſt, Scilicet eis contra quos
dicturi ſunt.

Per hoc ipſum,Teſtimonium.

Euocare,Expiſcari.

Propoſiti,Animi.

Pedetētim,Prouerbium a tērāda
glacie tractū cōcreti primū fluuii.

Interrogando,In iudicio.

Inceſſere,Inuadere reprehēſione

His tēporibꝰ,Vtpote Demoſthe-
nis. Poſt finitas,Scilicet in mediis
actionibus. Peruicax,Malignus.

Prudens,Qui vſu rerū eſt edoctꝰ.

Efficere,Comprobare.

Ex medio,Sumptis e vulgari con
ſuetudine.

Frigus,Ineptitudo.

Artes,Fraudes.

Subſellia,In eo loco, vbi aduerſa
pars eſt.

Noceat,Aduerſetur parti.

Quorū mentionē,Quarū artiū.

Teſtario,Literarum.

Teſtes,Pręſentes.

Illa,Teſtationis.

Quæſitū, Dubitatū,pugnatū eſt.

Religionem,Iuriſiurandi.

Ingenia,Quibus argumēta inue-
niantur.

Hinc,Dicitur.

In his,Argumentis.

In illis,Teſtibus.

Vtrinqꝫ,Ab vtraqꝫ ꝑte litigātiū.

Quęſtio,Controuerſia.

Ipſis,Teſtibus.

Omnibus,Pręſagiis.

Duplicem,Verborum.

Stoicos,Qui deum omnia proui
dere putant.

Cōiectorū,Interpretū ſomniorū.

Mathematicorum,Aſtrologorū.

Amœnioribus,In affectibus tra-
ctandis. Traduntur,Videlicet ab
Homero libro nono Odyſſeę.

CAPVT.VIII. Fo.XI.

GRaminis, Herbę. Plinius lib.
xiii.capi.xvi.Loton arborem
facit,quę celte alio nomine dicatur,
cuius baccę Fabarum magnitudine
tam fiunt dulces,vt genti etiam ab
earum vſu nomen ſit inditum:ſiqui
dem Lotophagi dicātur,& hoc cer
te ab arbore Homerum intellexiſſe
apparet:alioqui & genus herbę eſt,
de quo forſan memoria lapſus Fa-
bius hic ſentit : niſi qđ quibuſdam
placere video , vt germine legatur.
Mihi ſi detur libera ſuſpicandi fa-
cultas,a ſemidocto aliquo & teme-
rario caſtigatore putauerim arborē
in germē cōmutatā,nimirū qui de
herba loto aliqua legerit, de arbore
autem nihil.

Nec vlla res probari, Vnde cum
alii loci emergunt a genere ad ſpe-
ciem,a maiore ad minus, ex pari ve
ro fingunt locos a ſimilibus , a defi
nitione,ab interpretatione , a ſpecie
ad genus,ac a minore ad maius.

Quadruplex ratio , Quę ſcilicet
argumētando apparet: Fiunt autē
argumentationes rhetoricę, vt plu
rimum conditionalibus,quarū for-
mę quatuor ſunt vſitatiſſimę:De ꝗ
bus hic Fabius,& copioſius M.Cice
ro in Topicis,& Boethius ex Theo
phraſto ī libro de hypotheticis ſyl-
logiſmis,tum Georgius Trapezon
tius,& Marcianꝰ Capella vterqꝫ in
ſua Dialectica.

CAPVT.IX. Fo.XL.

Τεκμήρια,Ariſtoteles Rhetori
corum primo,capit.iii.& Her
magoras. ἔικεα,Veriſimilia.

Idcirco ingreditur qui mouetur,
Quia locus arguēdi affirmatiue a
ſpecie quidem ad genus valet, a ge
nere vero ad ſpeciem non eſt niſi ne
gatiua conſequēs:recte enī ſequit̄,ꝗ
non moueatur eum nec ingredi.

Virginem Athalantā,Filiā regis
Colchorū,venādi ſtudioſam,a Me-
leagro amatore in hoc apri capite
donatam,etſi Suidas Acaſti cuiuſ-
dam filiā facit,quā Peleus adama-
rit:ſed de alia ſentit opinor: prioris
mentionem facit vetuſtiſſimus poe
ta Gręcus Muſęus.

Deferuntur,Litigatoribus.

Areopagitę,Iudices Athenięſes,
qui in Ariopago loco Marti ſacro,
vnde & nomen habent , cognoſce-
bant cauſas tantum capitis. Autor
Iulius Pollux.

Spurii Melii,Spurius Melius, vt
narrat Liuius lib.iiii.populū Roma
num annonę penuria laborantē,fru
mento diſtributo ita ſibi concilia-
uit,vt ſpem regni conciperet. Verū
cum īnotuiſſet.gladios ac tela in eiꝰ
demum comportata, cum iudiciū
huic indictum refugeret,a Seruilio
Hala magiſtro equitū cęſus eſt.

Marciqꝫ Manlii,Manlius cum æs
alienū,quo populus demerſus erat,
ſua largitione diſſoluiſſet, in ſuſpi-
cionem regni affectati venit,ex Ca-
pitolii arce pręcipitatus ſupplicium
dedit.Liuius in quinto.

CAPVT.IX. Fo.XL.

ENthymemata,Cōceptus aī.
Epicheremata, Inchoata ar-
gumēta. Apodixes,Demōſtratiōes.

Interpretamur,Ex ratione Gręcę
vocis,quę deriuatur a verbo ἐνθυμέ
ομαι,qđ cogito & in animo commi
niſcor ſignificat.

Sentētiā, Vt:credo hūc autorem
huiꝰ cędis,ꝗa heri cū occiſo rixabat̄

Tertium,Scilicet intellectum.

Cōtrariū,Quia ex cōtrariis ratio
nē trahat. Impfectū,Qui tātū dua
bus ꝓpoſitionibus exponatur.

Quod ſane,Totidem partibꝰ cō-
cludere ſyllogiſmum.

Vulgus aggreſſionem,Quia ἐπι
χειρέω aggredior ſignificat, & velu
ti operi manus admoueo:ab ἐπὶ,qđ
ad ſignificat,& χεὶρ manus,vt intel
ligas hoc vocabulo quandam argu
menti quaſi præparationem & de-
ſtinationem, etiamdum ſuis parti-
bus non explicatam.

γραμμικαὶ,Lineares demōſtratiōes.

Quęqꝫ earum, Vt quid ſequatur
ad quāqꝫ rem,verbi gratia,ſequitur
ad inuidiam nocendi cupiditas, vn
de argumentum trahitur pro reo
contra actorem inuidum, ſic in iu-
uene luxurioſo facile hæret crimen
adulterii vel ſtupri,amicitia in ſeni
bus,veneficium in nouerca.



An credibile ſit,Et Horatiꝰ in ar
te poetica quid cuiqꝫ ætati hominū
vel gratum vel aduerſum ſit,verſi-
bus aliquot ꝑſcribit:Porro meo iu-
dicio nō eſt compendioſius iter ad
hanc doctrinā,vt feliciſſime diſcere
liceat,ꝗ ex comœdiis & Tragœdiis

Alioqui indubitata,Si ſemꝑ vſu-
uenirent. Aut Scarū ducas, Quo
niam autore Plin.lib.ix.capit.liiii.&
Oppiano de natura piſcium,ī Rho
dio mari agit.

Ea porro ſunt genus,Triplicē in-
tellectum apud Porphirium philo-
ſophum habet vocabulū Genꝰ, pri
mus eſt,quoniā omnes eiuſdē fami-
liæ collectos vniuerſim generis ap-
pellatione cōprehēdimus:alter non
admodū a priori diſcrepat , ſiquidē
familię originē,ac velut caput hoc
modo genus dicimus:hę duę acce-
ptiones hoc loco a Fabio deſignan-
tur:porro tertius Dialecticorū eſt,
apud quos eſt genus,qđ de pluribꝰ
ſpeciebus ſubiectis dicitur, vt ani-
mal de homine & equo.

Similes maioribus,Hinc eſt quod
Euripides dicit,niſi generis funda-
mentum recte iactum fuerit,neceſſe
eſt infelices eſſe,qui inde naſcūtur,
& profecto Plutarchus in commen
tario de liberis educandis plurimū
intereſſe cenſet,quibus quiſqꝫ parē-
tibus naſcatur,etiam qđ ad ingeni-
um & mores attinet:Quare Dioge
nes cum petulantem adoleſcentem
cōſpiceret: Vere inquit, pater ebriꝰ
te proſeminauit.

Petulantię,Audacię.

Contraria,Deformitas & ībecilli
tas, Studia,Profeſſiones.

Forenſis,Rabula.

Commotionem,Affectionem.

Conſilia autem ,Conſilia hic ac-
cipe,quaſdam animi inductiones, &
quaſi voluntates, vt cum dicimus:
neſcio quo conſilio hoc factum ſit,
& Gręci ſignificātius hoc oſtēdūt,
apud quos conſilium a volūtate no
mē habet,ſiquidem βούλομαι volo,
& βουλή,ῆς,conſilium.

CAPVT.XI. Fo.XLIIII.

CVius manu Pyrrhus,Nam cū
victor Argos ingreſſus eſſet
Pyrrhus,& pauperculū quēdā ob
uium equo proſternere pararet,ani
cula quędam,periclitantis filii caſu
mota,rupta e tecto tegula , eaqꝫ in
Pyrrhi caput deiecta hoſtem occi-
dit:Plutarchus in vita Pyrrhi.

Scipio,Malo tamen hoc loco eū
intelligere,qui primus omniū ſuo-
rum aliis detrectantibus, cōtempto
mortis periculo , hoſtilem murum
tranſcendit,cuius meminit Lucius
Florus lib.lviii.

Illę quoqꝫ fabulę,Gellius certe li.
ii.capite circiter penultimo,magna
cum laude fabulas illas, quibus in-
ter ſe muta animantia confabulan-
tur,Æſopo tribuit:At quia Quinti
lianꝰ noſter hoc loco tractationem
quidē earum in ſoluto & ſimplicis
orationis vel ſermonis genere Æſo
po permittit,ſed originem plane re
fert ad Heſiodum,hac nimirū vſus
coniectura, ꝙ in Heſiodi Georgi-
cis ſubinde eędē fabulæ narrantur,
atqꝫ etiā ad allegoriam trahuntur,
iam conſtat multis ſeculis Heſiodū
Æſopo antiquiorem, adeo vt apud
Plutarchū hiſtorię ſcriptor Epho-
rus vel Homero vetuſtiorē faciat:
nec admodū a Fabii iudicio diſſen-
tit Caliſtratus Græcus ſcriptor, in
imaginum deſcriptionibus.

αἰσωπρίκτορ,Suſpicor plane libra
riorū incuria verbū omiſſum, neqꝫ
enī Gręci hoc fabularū genus ſim-
pliciter αἰσωπρίκτορ nominānt,ſed
ab autore ſic cognominant,vt teſta
tur idem Caliſtratus in deſcriptio-
ne imaginum. Atqꝫ haud ſcio an nō
ex eadē ſcripturę cōſideratione con
iectura ſumi poſſit,hic legēdū αἰσω
πείων nomine poſſeſſiuo,porro αἰσω
πρίκτορ ſonat ab Æſopo factū vel
ſcriptum. Παροιμίας,Hinc enī Grę
cis prouerbium habet nomē,qđ cui
uis iuxta viam,vel obuiū ſit,a πα-
ρὰ qđ iuxta,& οἶμος via.

Non noſtrū,Ad hunc modū & le
git & exponit Eraſmꝰ ī tertia Ada
giorum editione,indicans ex epiſto
la Ciceronis ad Atticū hunc vſum
eſſe prouerbii, ſi quis ꝓuinciā ad ſe
non pertinētē,aut parū viribꝰ aptā
recuſet,neqꝫ enī munus huiꝰ eſt ge
ſtare clitellas,ſed aſinoꝝ,& mulorū.

Vt aquā frigidam,Haud ſcio an
nō rectius legatur frigidā,vt ſimpli
citer intelligas hoc morbi genꝰ, qđ
frigore cōcutit vniuerſa mēbra, ge
nus plane oppoſitum febri: nā vt a
feruendo febris dicitur,quā immo-
dice calor vexat,ita cōtrarius mor-
bus a frigore immodico,a Fabio fri
gida dici poteſt videri:Græci certe
vtrūqꝫ genus ſuo vocabulo efferūt:
etenim febrem calidā ab igne πυρε-
τὸν vocant: frigidā vero a maris &
aquę rigore ἠπίαλον dicūt,& ad hūc
modum his vocabulis vſus Lucia-
nus: Porro veteres Latini frigidas
febres ex legibꝰ.XII.tabularū quer
queras nuncuparunt . Nihil autem
vetat quo minus ad maiorē curioſi
tatem eorū,quos hic dānat Fabius,
frigidam aquā legamus,vt quę no-
xia videatur pota febrientibus.

Homeri verſu, Homerus hac de
re.ii.Iliados ſcribit,& certe Ariſto-
teles Rhetoricorum.i.hos Homeri
verſus agnoſcit.

CAPVT.XII. Fo.XLV.

BAgoam,Celebrat præter alios
Bagoā Lucianus locis aliquot,
vt qui Alexandro Magno fuerit
in deliciis.

Megabyſum,Et hic inter effœmi
natos Darii regis concubitores re-
fertur,certe Plinius recenſet quen-
dam ſacerdotem hoc nomine, libro
xxxv.capi.x.

Doriphoron,Celebratum puerū,
cuius virilitatem etiam pictura &
ſtatuis honoratam tradit Plinius.
xxxiiii.cap.viii.

CAPVT.XIIII. Fo.XLVIII.

NIhil autem aliud melius eſt
mundo, Apparet plane , hoc
quod Rodolphus Agricola, homo
vt doctiſſimus, ſic & diligentiſſi-
mus libro Dialecticorum primo af-
firmat , Fabium ipſum tametſi ar-
tificem diſſerendi ſummum , quod
ad tractanda argumenta pertineat,

paululum negligentem, obiter magis aliorum q̄ ſuam referre ſententiam, id qđ vel hic locus īdicare poterit, nam cum in propoſita ratiocinatione medium terminum & in ꝓpoſitione & aſſumptione prædicari faciat, idq́ ita vt aſſumptio ſit negatiua, iuxta Ariſt. ſententiam in Analiticis, nihil inferri poterat aliud q̄ negatiuum, hic autem affirmatiue concluditur, mundum animal eſſe, & per hoc haud dubium quin improba ſit ratiocinatio, Huc pertinet qđ hodie Dialecticorū vulgus tradit, concluſionem ſemper deteriori pręmiſſorum inhęrere: nam ſi altera horum fuerit negatiua, & concluſio negabit, & ſi particulariter proponatur in altera, cōcluſio quoq́ eādem rationem imitabitur: quāobrē tametſi inuitus ſic mutandam eſſe ſentio lectionem, vt aut ſine vel pręter rem legatur, id qđ ratio ſubiuncta ſatis aperte demonſtrare videt̄. Cæterum hęc propoſitio aut cōfeſſa eſt, vt: qui beatam vitam viuere volet, philoſophet̄ oportet, hoc enī conceditur, aut proxima probanda, vt mors nihil ad nos.

Cætera ſequi, Niſi cōfirmata prima parte non poſſunt.

Eſt & aſſumptio, Ariſtoteles priorum reſolutoriorū cap. xxii. & iiii. ꝓbat maniſeſtiſſime, recte argumentandi forma ſeruata in omni figura ex falſis quidem datis colligi poſſe verum, at ex veris non niſi verum, quare ſubolet mihi certe mediū eſſe in verbis Fabii & in priore parte legendum, falſa intentio, & poſtea vera connexio in hūc modum, ſed vt ipſa eſſe falſa ſi illa vera ſunt nunq̄ eſt falſa connexio.

τοπικὴν, Sic maxīe diuidūt Dialecticā Stoici, queādmodū ī ſua Dialectica īdicat Martian⁹ Capella, videlicet vt ratio īueniēdi & eliciēdi argumēta ex locis quos vocāt appellet̄ τοπικὴ: verū ea ſciētia, qua iā īuēta argumēta & e ſedib⁹ ſuis educta in modū ac figurā recte ordinant̄, nūcupat̄ Gręce κριτικὴ, hoc eſt iudicatoria, κρίνω qđ iudico eſt, vn̄ κριτικά.

## IN SEXTI LIBRI PRÆFATIONEM. QVÆ INCIPIT. Fo. XLIX.

Vlnere orbitatis, Alludit Fabi⁹ ad Etymologiā orbitatis, ſiquidē oculi ob rotunditatē orbes dicuntur, vnde quia liberos noſtros non minus q̄ oculos ipſos amamus, qui liberis ſpoliantur per ἀντίφρασιν orbi dicuntur, quaſi oculis capti: Porro Fabius noſter hic per lumē oculum intelligit.

Qđ nefas erat, Subindicat Fabi⁹ per hoc qđ dicit nefas erat, didicit enim homo cordatiſſimus Platone præceptore, non fas eſſe ex hoc corporis carcere emigrare, anteq̄ is qui ante animam indidit, hoc eſt, deus ipſe iubeat, quę diuina plane ſententia tractatur copioſe apud Platonē in De republica, & Ciceronem in ſomnio Scipionis, qđ ex dicto Platonis libro traductum eſt.

Igniculos ingenii, Hic vocat quaſdā futurę eruditionis velut ſcintillas, vnde maxima eruditionis flamma poſtea ſit ꝑfectura: breuiter vocat ſic Cicero aī noſtri propēſionem vel ad virtutes, vel ſciētias, idq́ Platonicorum more, qui animis noſtris ſciētiarum omnium atq́ virtutum ſeminaria innata ſtatuunt, quā quæſtionem tractat Plato in Mēnone.

Illius, Matris ſcilicet nomine, quæ ante filium erepta doloris ſenſu caret, vt vel hinc appareat ſupra felix legendum eſſe.

Floſculos, Indicia & ſpem futuræ eruditionis. Infelicē cōſciētiā, Quę ea nouit, quę nihil profunt.

Manes, Per vmbram & animā filii mei, & vxoris.

Fulminis, Quo poſtea ꝓſtratus ꝑ iectuſq́ eſt. Feſtinatā maturitatē, Sic in primo libro pręcox illud īgeniorum genus, idē Fabius nō temere vnq̄ ad frugē peruenire aſſerit, & Accius tragœdiarū ſcriptor apud Gelliū ſic ait: Qđ in pomis eſt, itidē eſſe aiūt in ingeniis, q̄ dura & acerba naſcuntur, poſt fiunt mitia, atq́ iucūda: Sed quę gignūtur vieta, & mollia, atq́ ī principio ſunt viuida, non matura mox fiūt, ſed putrida, relinquēdū igit̄ īgeniis, qđ dies atq́ ætas mitificet: Tū Cato apud Plinium lib. vii. hoc idē teſtat̄: Senilem iuuētā ꝑmaturę mortis ſignum ad Helium ſcribit, & Plinius ipſe magna hominū admonitione ſcribit, qui ſpectatiſſime floreant celerrime marceſcere, li. xxi. cap. i.

Inuidiā, Fatorum & prouidētię.

Spes, Pręmaturę iuuentę.

Errorē, Id eſt, Moribūdā & euanidam opinionē: agere enī animā, eſt luctari animam cum corpuſculo.

Tuos ne ego o ſpes inanes, Imitatio eſt Ciceronis in oratione ꝓ Milone in epilogo.

Fugiētē ſpiritū, Alludit hic Fabi⁹ ad Hippocratis, & quorūdā aliorū veterū ſentētiā, qui animā aliud nihil eſſe putarūt, q̄ ſpiritū & flatū ꝑ omnes corporis partes diffuſum.

Adoptione, Id eſt, per hoc qđ cōſul adoptauit nuper in filium.

Atticę eloquētię, Inter oīa eloquētię genera, nullū magis celebrāt ſcriptores q̄ Atticum: ꝓpterea ꝙ inter Aſianū, qđ nimia copia redūdat, & Laconicū nimia breuitate acciſum, mediū ſit, vtrinq́ tēperatū, id qđ indicat Cicero, cū alibi, tū in Oratore ꝑfecto, quē librū q legerit accurate, haudquaq̄ dubitabit, quin hoc loco Atticę eloquētię legendū ſit, Sed & Terētius in Eunucho cū per ironiā omnibus numeris ꝑfectā eloquētiā in milite glorioſo oſtendere vellet, ait in perſona Gnathonis: Dixin' in hoc Atticam eſſe eloquentiam?

Cādidatū, In Romana rep. q ābiebāt magiſtratū, digni eo honore cādidati vocabant̄, quoniā cādidis veſtibus erāt amicti, nimirū ad ītegritatē morū atq́ innocētiā oſtēdēdā, ꝑ quā magiſtratu digni videri poſſent: hinc per trāſlationē candidatū eloquētię dixit Fabi⁹, ꝓ eo, q nō multum abſit ab huius glorię palma.

Superſtes, Adſcribendum eſt hoc loco ante ſuperſtes, parens amiſi,



vel ſimile aliquid, alioqui nullus colligi poteſt ſenſus, vt ſit ordo: Te oī ſpe Atticę eloquentię candidatum parens amiſi, ſuperſtes tantum pœnis ſiue ad pœnas, has ſi non cupido lucis, certe patiētia vindicet a reliqua mea ætate.

Ad crimen fortunę, Hunc locum Plinius velut exponēs lib. ii. cap. vii. ſic ait: Toto quippe mundo, & locis omnibus, omnibuſq́ horis hominū vocibus fortuna ſola inuocatur, & vna nominatur, vna accuſatur, vna agitur rea, vna cogitatur, ſola laudatur, ſola arguitur, & cum conuiciis colitur, volubiliſq́, a pleriſq́ vero & cęca eſt exiſtimata, vaga, incōſtans, incerta, varia, indignorūq́ fautrix, huic omnia expēſa, huic oīa feruntur accepta, & in tota ratione mortalium ſola vtranq́ paginā facit, Et Iuuenalis ſatyra. x.

Nullum numen abeſt, ſi ſit prudētia: ſed te Nos facimus Fortuna deam, cęloq́ locamus.

Sua culpa dolet diu, Qđ videlicet ex animo amet, atq́ excutit triſtitiam, & viri eſt oīa mala extrinſec⁹ obueniētia pectoris robore fortiter perferre: tum Stoicis autorib⁹ nihil malum cenſendum, qđ nō noſtro vitio contingit,

Effecta, Elaborata, expolita.

Fortunę, Quę ingenium tot malis oppreſſit.

Alioqui, Pręter calamitatem qua obrutus fueram.

Propter hoc, qđ videlicet tot malis ingeniū noſtrū debilitatū fuerit.

Illam, Inuidiam fortunæ.

Boni autem conſulere, In bonam partem accipere.

## CAPVT.I. Fo. XLIX.

Sequebatur, In numeratione partium orationis.

Rebus, Reſumendis, repetendis.

ἀνακεφαλαίωσις, Siquidē κεφαλὴ Gręcis caput ſignificat, & cuiuſq́ rei ſententiā. Hinc verbū κεφαλέω, qđ ſignificat in capita & ſūmas colligo, tum ἀνὰ rurſum & retro ſignificat. Intellige ergo etiam Gręci nominis ratione, per cauſę toti⁹ ſummas & capita.

Decurrendū, In peroratione, vel peroranti, non etiam immorādum ſingulis repetendis.

Alioqui, Niſi hoc feceris.

Impotentem, Id eſt, potentem, qui abutatur ſua potentia.

Inuiſum, Qui omniū inuidię ſubiacet, & per hoc oſtēdit infamię fore iudicibus abſolutionem Vatinii.

Iudiciorum, Quibus hactenus abſolutus eſſet Verres.

Singula, Scilicet dicta ſparſim in oratione. Turba, Hoc eſt, cū aceruatim & īdigeſte oculis iudicis q̄q́ cauſę capita ſubiicit.

Liberius in peroratione, ἐπίλογος Gręcis ſonat collectionē cū delectu: Siquidem deriuatur a verbo ἐπιλέγω, qđ ſignificat eligo. Manet ergo ex vocabuli quoq́ ratione, ex toto orationis corpore, ſummas tātummodo & capita rerum, & velut ordines in perorationē colligere, quæ ſi animo cōcipiat iudex, nihil ꝑiculi ſit etiam ſi alia forſan exciderint.

Summa, Caput artis.

Atrocitas, Grauitas.

Anfractus, Poſſet legi pro anfractus tractatus, ſimplici⁹ enim eſſet, & Fabio magis dignum.

Demoſthenes, In oratione qua ꝓ ſe in Midiam dixit.

Ser. Sulpitius, Orator & Iuriſperitus, cui M. Cicero de claris oratoribus iuris ciuilis ſciētię palmam tribuit, quiq́, vt idē teſtat̄, ī ſecūda arte, hoc eſt Iuriſperitorū literis maluit eſſe primus, q̄ ī prima arte, hoc eſt eloquētia, ſecūd⁹. Quare obiter, & ꝑter ꝓfeſſū eloquētiā tractauit.

Hoc genere, Commendationis.

Aſinius, Gallus.

Ex perſonis, Cum orator aſſumit ſibi perſonam litigatorum.

Proportione, Mutuo quodā reſpectu inter duo, vt quemadmodū ſeſe habent quinq́ ad decem ſic decem ad viginti.

Impetu, Pricipio & initio affect⁹.

Frigeſcere, In morando.

Deſcēdit, Cui aliquid detrahitur in progreſſu.

## CAPVT.II. Fo. L.

Tabulam ſupra Iouem, Duplex hinc accipi poterit intellect⁹, ꝙ ſcilicet & in ipſum Iouem, tanq̄ facti peſtem ſubpinxerint, vel ꝙ depictam tabulam ſupra Iouis ſtatuā in Capitolio appenderint. Neq́ enī quiſq̄ commiſſurus videtur, vt mēdacii & ſceleris ſui deos velut probatores inducere audeat, maxime cum Homerus grauiter plane ſcribat, deos ipſos ad nullum malū conſtanter auxiliatores.

L. Murenam, Cum videlicet & ipſe Catilina Cōſulatum peteret, quo magiſtratus pretextu per coniurationem ſuam rempublicam opprimeret. Itaq́ ad depellendam eam a republica peſtem, conſultum fuerat, L. Murenam per fas ac nefas magiſtratum arripere, atq́ hanc eſſe huius loci ſummam colligitur partim ex oratione pro L. Murena, partim pro L. Flacco.

Has tragœdias mouere, Mouere tragœdias quaſi ꝓuerbialiter vſurpatur a ſcriptoribus, pro eo qđ eſt affectuum vim omnem, & ingentē rerum tumultum oſtendere, ſumpta tralatione a miſerabili tragicorum exitu, qui nunq̄ ſine mortis cōploratione terminantur: vnde & grauia & ampla verba ei argumento conueniunt, id qđ indicat Horatius in Arte.

Telephus & Peleus, cum pauper & exul vterq́.

Proiicit ampullas & ſeſquipedalia verba?

Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela.

Fuit quondā, Anteq̄ reſp. ſub imperium vnius veniſſet.

Imperitia, Inelegantia.

Rigor, Inhabilitas.

Deformitas, Dedecus.

Afferūt, Peroratio ī fratris recuſantis frigidiſſime magno oīm riſu.

Hęc, Tolerabilia hactenus vitia recenſuimus.

Inde eſt enim illud, Peruulgatū.

Qualitate, Æſtimatione.

Nauarchis, Principib⁹ nautarū.

Cruciatꝰ ciuibus,In medio foro.
Philodamo,Ciue Syracuſano.
μερικοὺσ,Partiales porationes.

CAPVT.III. Fo.LI.

EVm,Habitum,affectum.
Supradictis, Operibus affe
ctuum mouendorum.
Multi,Qui ſibi nomen Oratoris
occuparunt.
Atq; hoc eſt,Poſſe in quem velit
animum rapere iudicem.
Propriũ opus eſt,Peculiaris labor
Libellis,Actis.
Quia ſenſum oculorum, Premit
amor amãtes,quoniã vt ſcribit Pla
to in Sympoſio:Amor omnis excę-
cat,vt qđ amat,qđ verũ ſit cernere
nequeat:Hinc quoq; fit,vt ſui ipſiꝰ
cognitio omniũ maxime homini ſit
difficilis,quandoquidẽ ita compa-
ratum eſt a natura,vt quiſq; ſui ip-
ſius amore teneatur,ex quo fõte o-
mnium vitiorum riuulos ſcaturire
idem Plato teſtatur.
Mores, Conuenientes cuiq; pro
ſua conditione,fortuna,ſexu, ętate,
officio: Hæc enim ſunt quæ mores
alios faciunt,ſecundũ quendã intel
lectũ,ſi generaliter accipias mores.
In hac parte,Affectuum.
Fluere,Sua ſponte obuenire.
Quo,Per quam virtutem.
Quod genus,Affectuum.
Vitium,Scomma.
Honeſtus,Dignitate prędítus.
Inuidioſum,Inuidię obnoxium.
Rei,Propter quã alicui ĩuidemꝰ.
Somnia quędam vigilantiũ,Allu
dit opinor Fabius noſter ad ſenariũ
Iambicum veteris cuiuſpiã Poetæ
Gręci,quẽ Baſilius Magnus in qua
dam epiſtola ad Nazianzenũ ſic fe-
re refert αἱ γὰρ ἐλπίδεσ τῶν γρηγορούν
των ἐνύπνια, id eſt:etenim ſpes vigi
lantium ſunt ſomnia.
ἐνέργειαν, Vocabulũ hoc duplicitẽ
apđ autores ſcribitẽ,nã q viã oratio
nis & efficaciã mouẽdi,quã habet,
ſpectant,ab opere, ἐνέργειαν vocant,
eo qđ Gręcis ἔργον opus dicatẽ:Por
ro qui lucem,quã rebus addit, attẽ
dunt,a claritate nominãt ἐνάργειαν,
quia Græcis ἀργὸσ clarus dicitur,
poſteriꝰ ꝓbaſſe videtẽ Marcus Cice
ro,q illuſtrationẽ ac euidẽtiã vertit
Equus ille Pallãtis,Certũ eſt hũc
locum librariorum negligentia mu
tilum circũferri: Nã Vergiliana q̃
notat Fabius Æneid.xi. ſic habent.
Et bellator equus poſitis inſigni-
bus Ætam, Et lachrymis guttiſq;
humectat grandibus ora.

CAPVT.IIII. Fo.LII.

DE riſu, Virtute mouendorũ
affectuum.
Noluiſſe,Riſum mouere.
Contigiſſe,Per naturę felicitatẽ.
Salſum,Mordax.
Hoc,Quod ſequitur.
Vt Cic.dicit,Cice.ii.de Oratore.
Sunt enim lõge venuſtiora,Quin
& facilius eſt tela abiecta ab aduer-
ſario ĩ ipſum retorquere,q̃ noua ex
proprio ingenio depromere.
Dicaces,Feſtiui.
Materias in hoc idoneas , Vt eſt
materia Eraſmi in laude Stultitiæ,
& Senecę in morte Claudii.
Feſtę,Scilicet cognominatę.
Conuerſatione,Ciuilitate.
Atticorum,Qui hac virtute oẽs
excelluerunt.
Inſulſum,Inconditum.
Hi,Attici.
Ciceronis vtar, Ciceronis verba
in.ii.de Oratore.
Imprudentibus,Nobis inuitis.
Item facto,Riſus mouetur.
Inſulſius,Q̃ & vultu,& geſtu ri
ſum mouere. Lene,Molle.
Refert,Multum intereſt.
Obſcœnitas,Turpitudo.
Obiici põt,Ab aduerſario obſcœ
nitas. Iudicio liberali,Iudicio inſti
tuto ad hoc,vt in libertatẽ ex ſerui
tute aſſereretẽ reus:Liberale iudiciũ
apud veteres erat,quo contẽdebatẽ,
liber ne quiſpiam,an ſeruus eſſet.
Omnia,Quę aguntẽ. Is,Heluius.
Cepaſio,Oratori cui aderat.
Putaret ſe,Cepaſiꝰ patronꝰ Fabri
tii. Ipſe,Cepaſius adiecit.
Cicero,In hoc genere facetiarũ.
Actu,Ductu orationis.
Aliis quibuſdam,In Bruto.
Narrat,In perſona Cęſaris.
Caii Plãci,Quẽ defẽdebat Craſſꝰ.
Duobus lectoribꝰ, Qui recitarãt
duas Craſſi orationes.
Dialogos,Tres.
Maledictũ,Dicteriũ cõuicioſum.
Agendo,Orando.
Exciderunt,Per incogitantiam.
Ipſum,Dictũ. Variũ, Incõſtãtẽ.
Eodem genere,Ambiguitatis.
Bouillas,Prędiũ. Qđ,Dicteriũ.
Occluſum,Qđ videlicet oĩa ſua
audacia perfringeret.
Magiſtros,Scilicet auctionis, qui
bona eius ſub haſta vẽdiderint: Nã
vt colligitur ex vno & altero loco
epiſtolarũ Ciceronis ad Atticũ, qui
pręerant haſtę,ſub qua bona veni-
bant,& magiſtri appellabãtur.Quo
referũt quidã & Ciceronis locum,q
eſt in epiſtolis lib. vii.Familiar. Sed
heus tu,manũ de tabula, magiſter
adeſt citius q̃ putaramus:ſignificat
enim Dictatorem Cęſarẽ adfore,qui
proſcriptorũ ciuiũ bona ſub haſta
diuendat.Et ne quẽq̃ ſua fraudemꝰ
laude,primus qđ equidem ſciã, hũc
locum Fabii illuſtrauit Ludouicus
Cœl.in lection.Antiq.
Calũniantibꝰ foret,Adeo,vt Va-
tinius Ciceronis æmulus,in ſua ora
tione ſcurrã cõſularẽ vocitarit, ni-
mirum ob immodicã riſus affecta-
tionem,Certe hiſtoriã hãc ſic Ma-
crob.recenſet lib.ii.Satur.quo loco
huiꝰfacultatis in re latina principes
duos facit,alterũ comicũ Plautũ, al
terũ Mar.Tulliũ.Porro hic amor ĩ
modicꝰ in tã ruſticã Theocriti mu
ſam ita apponere ſolet,vt ſæpe non
pulchra,pulchra tñ videantẽ,ſic apđ
Flaccũ,Balbinũ amatorẽ amaſię ſuę
Agnę delectat Polypus,morbꝰ oĩm
fœdiſſimus:Et in recẽtioribus Bu-
colicis q̃ſpiã amicã ſuã altero oculo
inutilẽ,vel ipſiꝰ Dianę formę p̃fert.
Sed ĩeſt ꝓpriꝰ,Id eſt,feſtiuos & te
tricos,vñ & Mar. canit: Nec grata
eſt facies cui Gelatinꝰ abeſt . Porro
autore Suida gelatinꝰ eã apud Gręˀ
cos ſonat lineã,q̃ ſub ipſo mẽto ve-
lut cannalis apparet in hoĩbus gra
tioſis dũ rident,nimirũ vocabulo fa
cto ἀπὸ τοῦ γελάω,id eſt,rideo.



Facetum Vergilio. Quia vt res
ipſa indicat, Vergiliana illa graui-
tas procul eſt ab omni riſu , aut er-
go facetum hoc loco aliud quiddã
a riſu ſignificat, aut Horatius iocã
do inſigniter lapſus eſt.
Vt in illa pixide . Qua videlicet
Marcus Cœlius per Licinium fami
liarem,Clodię impudicæ mulieri ve
nenum porrexiſſe accuſabatur,quã
rem rumor in obſcœnam fabulam
vertit,quaſi Cœlius ſtuprum obtu
liſſe Clodiæ videretur, quam rẽ Ci
cero in oratione pro Marco Cœlio
verecũde his verbis ſignificat : Hic
etiam,inquit,miramur ſi illam com
mẽtitiam pixidem obſcœniſſima ſit
fabula conſecuta,nihil eſt,qđ in eiuſ
modi mulierẽ cadere videatur: Au
dita & peruulgata & percelebrata
ſermonibꝰ res eſt. Percipitis animis
Iudices iandudum quid velim , vel
potius quid nolim dicere,qđ etiam
ſi eſt factum , a Cœlio certe non eſt
factũ. Quid enim attinebat : eſt enĩ
ab aliquo fortaſſe adoleſcente non
tam inſulſo q̃ non verecundo : Sin
autem eſt fictum,non illud quidem
modeſtum, ſed tamen non eſt infa-
cetum mẽdacium, qđ profecto nũq̃
hominum ſermo atq; opinio cõpro
baſſet, niſi omnia quæ cum turpitu
dine aliqua dicerentur,in iſtam qua
drare apte viderentur.
Petis. Stans & pilam captas & ma
giſtratum, quem mirum q̃ facile il-
lis Cæſar concedebat.
Verecundia . Ipſius vel dicterii
vel autoris.
M. Veſtinius. Legendũ ſentio Fe
ſtiuius, cum ei renũciatum eſſet,ali
quando deſinet pluere.
In Orcheſtra. Nam in ea theatri
parte,qua ſe ad ſpectaculum edẽdũ
exercebant actores & gladiatores,
tum & aliorum exercitiorum , quæ
ad corpus attinebant locus erat, vt
indicat poſt Iſocratem Victruuius
lib.vi. Porro pila non niſi in campo
ludimus.
Domitia . Vxore,quemadmodũ
Caius Cæſar meminit.
Curionem. Oratorem nulliꝰ pe-
ne memorię,vt ſcribit Cicero de cla
ris Oratoribus.
Victoriato. Numulo,cui ſculptu
ra inerat victorię Romanę, cuiꝰ ad-
huc ænea aliquot nomiſmata circũ
feruntur. Porro æſtimationem eius
ſi cum noſtri ſeculi moneta confer-
re deſideras , excute quæ ſuper hac
re ſcripſit Guliel. Budæus in lib.de
Aſſe & eius partibus.
Impotenter. Cum immodica po-
tentia.
Decipiendi. Aduerſarium.
Inopinatum. Dicterium.
Caſſellio. Dedit occaſionem.
Inſeram. In hortum.
Vetus. Amicus quiſpiam.
Illum . Qui vetus teſtamentum
habet.
Facultas. Quia & Fabius in calce
præfationis in hunc.vi.lib.pro hæ-
reditate facultatem patrimonii
dixit.
Coloris genere. In Comœdiis ve
terum Græcorum ſpirare adhuc te
ſtatur Fab.lib.i.
Quem ſequar.i. Pompeiꝰ parum
mihi videtur par eſſe repellẽdis Cę
ſaris cœptis, vt non admodum tu-
tum ſit eius partis eſſe , id quod ad
Pompeii contumeliam dictum vide
ri poteſt : Vnde idem Cicero apud
Macrob. cum ad Pompeii partes ſe
tandem contuliſſet , interrogatus
quando veniſſet : reſpondit,ſero:&
cauſam ſubdens , nihil enim hic in-
quit,apparati eſt.
Cicero Corelię. In Epiſtolis Fami
liaribus.
Monebãt me. In Domitio Marſo.
Illic. In examinatione teſtium.
Nationes totæ ĩceſſantur. A quo
tamen non temperauit ſibi M.Cice
ro, nam in oratione pro Lucio Flac
co,Cares omnes laceſſit,tũ & Phry
gas, adde Græciam vniuerſam,niſi
quod rei aſperitatem interiectis in-
terim laudibus Athenienſium atq;
Lacedæmoniorum lenit , & inuidi-
am minuit.
Heluio Mancipi. Mancipes dice-
bantur Romæ,qui aliquid e republi
ca vel emebant vel conducebant:ſi-
quidem,vt notat Feſtus,ſublata ma
nu ſignificabant populo,ſe publicũ
aliquid conduxiſſe aut emiſſe.
In Scuto Cimbrico . Coſmogra-
phi certo pronunciant,eos eſſe Cim
bros populos,quos vulgꝰ hodie Da
cos appellat:Siquidem Ptolom.atq;
alii,Dacos non longe a ripis Hiſtri
ponunt,vbi hodie putantur habita
re VValachi.
In Delphino ſediſſe . Herodotus
hiſtoriarũ lib.i. hãc fabulã hiſtoriæ
loco ſic fere narrat: fuiſſe hunc Ari
onem nobiliſſimum citharœdum,q
a rege Corinthi Periandro in Sicili
am miſſus , vt principes viros arte
ſua exhilararet, cum naue regredi-
ens opulentus, nautis ipſis ſpem lu
cri ingentis dediſſet, atq; illi homi-
nem in mare præcipitare ſtatuerẽt,
precibus obtinuit,vt anteq̃ in mare
deſiliret,liceret ſibi nouiſſime citha
ram pulſare,vbi impetrauit , in na-
uis prora genibꝰ nixis belliſſime ad
citharam cecinit,adeo vt Delphinꝰ
cantilenę ſuauitate demulſus naui
alluerет,quod vbi vidit Arion in pi-
ſcis dorſum deſilit,ſicq; e maris pe-
riculo eſt euectus.
Cicero. De Oratore.ii. vnde hæc
ſublegit Fabius , facetiarum voca-
bulo cauillationem intelligit , quæ
ſit in perpetua oratione vndequaq;
velut diffuſa.
Dictorum. Dicta hic vocat Fabi-
us,quæ eadem a Macrobio dicteria
appellantur,nimirum quæ in aduer
ſarium & acute iaciuntur.
Atellanę more. Eſt autem Atella
na,quemadmodum indicat Diome
des in tertio,genus fabulę mimicæ,
magna obſcuritate hũanę vitę con
ſuetudinem vtcunq; imitans, ſic di
ctum ab Atella Oſcorum ciuitate,
vbi primum frequentari cœpit hoc
comœdię genus.
Fere ambiguitate. Ariſtoteles in
Elenchis ſophiſticis duo genera fa-
cit ambigui ſermonis:alterum qui-
dem appellatur ὁμωνυμία, æquiuo
catio,cum videlicet varius eſt vocis
eiuſdem vſus:Latini recentiores ęq
uocationem dicunt:ex quo vt plu-

rimum riſus conciliat̃,de eo hic Fabius maxime ſentit. Alterũ genus ẽ, qđ idẽ philoſophus ait ex diuerſa ſermõis & multiplici ſtructura,diſiũctioneq́ȝ aliũ atq́ȝ aliũ ſenſum accipere,ἀμφιβολογίαν Græci vocãt,Latini gñaliori vocabulo Ambiguitatem.

In metalepſin quoq́ȝ cadit. Ea figura fit,ait Eraſmꝰ,cũ gradatĩ itur ad hoc quod oſtẽdit̃:Sic Vergiliꝰ.i. Æneid.de ventis.

Sed pater oĩpotẽs ſpelũcis abdidit atris. Nã ꝑ atras oſtẽdit nigras eſſe: ꝑ nigras vero tenebroſas, & ꝑ hoc in p̃ceps ꝓfundas. Ad eũ modũ & hic ex muneris paruitate ſtatĩ intelligis Auguſti parcitatẽ,q̃ tñ magis eſt cõſpicua,ſi cõtrariorũ amplitudo cõparet̃. Porro mos erat principibꝰ Romanis,populi aĩos liberalitate ſibi cõciliare,q̃ res cœpit a vini cõgiariis ꝓpinãdis,ſed poſtea vocabulũ & ad alia liberalitatis gña deflexũ eſt, indicat hęc oĩa Suetonius in Cęſaribus.

Heminariã eſſe dixit. Sipõtinꝰ Põtifex in cõmẽtariis latinę lĩguę,hoc loco heminã legit. Porro heminavocabulũ a Græcis ortũ, dimidiatum ſextariũ ſonat:ſed vtraq́ȝ lectio probabilis eſt.

Sed ſatagere. Satagere anxie multa agere,id qđ Gręci πολυπραγμονεῖν dicũt.i.multa ſimul facere:verũ ita, vt nullũ ꝓ dignitate conficias. Sic Terẽtius amatorẽ adoleſcẽtem rerũ ſuaꝝ ſatagere dicit,hoc ẽ,plus habere qđ agat,qđq́ȝ ſit ſollicitꝰ. Et Euãgelio tranſlato Martha ſatagit circa frequẽs miniſteriũ. Hanc vero verborũ diuerſa ſignificantiũ ſĩlitudinẽ Græci παρονομασίαν vocãt: Cicero de Oratore tertio, agnominationẽ interp̃tat̃, & in eã figurã hãc dictorũ ſpeciẽ reuocat,ĩ ſecũdo eiuſdẽ operis volumine.

Fiũt & detracta. Vt ſi dicas ꝑ iocũ:Hic ciuitatẽ nõ honorat,ſed onerat. Et binis cõiũctis verbis, Verbi gratia, ſi quẽpiã ſtulte ſapientem græca cõpoſitione μωρόσοφον dixeris,a σόφος, qđ ſapiẽtẽ ſignificat,& μῶρος ſtultũ:quo vocabulo vſus eſt Eraſmus in declamatiõe Stultitiæ. Huc ꝑtinẽt q̃ per cõtrarietatẽ edicimus,ſanctã iactantiã,diuitẽ pauꝑtatẽ,prudentẽ ſimplicitatem

Lentulũ Spintherẽ. Siqdẽ q̃ lõgi ſunt,& ꝑ hoc tardi,ꝓprio vocabulo Lentuli dicunt̃. Sed aurũ lentũ dicimus, qđ ĩ lõgas laminas deduci poſſit. Itaq́ȝ ad ſĩlitudinẽ Lentulũ olim vocatũ,ſimplices Romani Spintherẽ dixerũt. Porro Spinther ſtimulũ ſignificat oblõgũ capitatũ, quo mulieres veſtes lineas affigũt: Græcis aũt σπινθήρ flãmã ſignificat.

Scipionẽ Serapionẽ. Indicat Feſtꝰ Põpeius,Næuii carmẽ citãs, deformes & ĩmũdas anus olim Scraptas dici ſolitas:Nimirũ vocabulo factitio,a ſono quẽ id hoĩm genus ſcreando edit. Hinc coniicio & Scipionẽ ꝑ iocũ Serapionẽ appellatũ: Nã ꝙ codices Serapionẽ hñt, neq́ȝ ĩ re, neq́ȝ in voce Scipioni cõuenit.

Aſinus albus. Albus nimirũ,qđ ĩſignis eſſet,& p̃ter cęteros notabilis Aſinus vero,qđ in obuiũ quẽq́ȝ pręter delectum dicteria iaceret,haud aliter ac aſini citra diſcrimẽ quẽuis adrudiunt.

Q̃ȝ vllus ſpado. Spado aũt libidinoſus eſſe non poſſit,nimirũ ꝙ libidinis inſtrumento caret.

Deſinat putere. Locũ corruptũ nemo dubitat,ſed qui reſtituere conetur,itidem eſt nemo:Nos certe citra præiudicium aliorum legẽdum cenſemus:Cum ei renunciatum eſſet aliquando deſinere pluere. Nam renũciare alicui,pro eo quod repulſam pati apđ Latinos ſcriptores frequens eſt. Porro pluere vſurpari ꝓ eo qđ aduerſam fortunam ſentire, teſtari poteſt Horatius,cũ huc velut alludens in Odis canit

Sperat infeſtis, metuit ſecundis,
Alterum certum bene p̃paratum
Pectꝰ informes hyemes inducit
Iuppiter idem.

Et alter hoc velut exponens ſic ſcribit.

Fidere Batte decet, melius cras forſan habebis,
Spes eſt in viuis, non eſt ſpes vlla ſepultis.
Et quandoq́ȝ pluit deus,& quandoq́ȝ ſerenat.

Auguſtus de Pãtomimis. Pãtomimi apud ſcriptores Latinos ſunt, q̃ geſtibus corporis in oẽm partẽ flexis,nullã ſentẽtiã nõ imitant̃, id qđ vocis ratio indicat:ſiqdẽ πᾶν omne ſonat Gręcis,& μιμέω imitor

Per hyperbolẽ. Tranſgreſſionem veritatis ſupra modum.

Ad fornicẽ Fabii. Ad arcũ erectũ in honorẽ Fabii. Conſtat ex Plinio naturalis hiſtorię lib. xviii. atq́ȝ itẽ Macrobii Saturnalibꝰ,cõplura Romanorũ noĩa a leguminibꝰ mutuo eſſe aſſumpta:ſic a fabis dicti Fabii, a piſis Piſones,a cicere Cicerones,a lente Lẽtuli. Suſpicor ergo dicteriũ, de quo hic Fabius agit,ꝑ iocũ reuocaſſe Lẽtulorũ humilitatẽ ad ipſius familię originẽ,nimirũ q̃ debeat̃ minutiſſimo leguminis generi lenti, a quo non degeneraret̃ Lẽtuli. Porro qualecũq́ȝ hoc fuit dicteriũ,ꝑ intolerandã alicuius librarii ſupinitatem omiſſum eſt.

De theatro. Quo actus fabularũ inter ſe diſtinguebant̃ in veterũ comicis & tragicis ſpectaculis: tegebãt eñi hoc velum vmbraculo ſuo actores tantiſꝑ, dũ ꝑſonas inter ſe cõmutarent,nimirũ ꝓ actus ſequẽtis ratione.

Malo te ciuica donare. Quę donabat̃ ab ĩperatore ei,q̃ ciuẽ ĩ acie,aut etiã ex oppugnatione vrbiũ liberaſſet,quẽadmodũ de militaribꝰ hiſce coronis ſcribit in Noctibꝰ Gellius.

Hippocẽtaurũ. Poetę finxerunt ĩ Theſſalia monſtra fuiſſe olim,quorũ pectus,manus,& caput humanã faciẽ imitarent̃,cętera pars eſſet equina. Iã feſtiuiter Iuba ſe hippocẽtaurũ negat,q̃nquidẽ equũ,cui inſideat,ſua volũtate ab aſꝑgẽdo luto arcere non poſſit,quare hanc moleſtiã ſibi vitio vertendã non eſſe.

Primipilaris. Romani,vt teſtatur Titus Liuius,cohortes ſuas in centurias diſtribuere ſolebãt,p̃fectis ſingulis centuriis,quos a centuria Cẽ-



turiones:ab armatura vero graui q̃ gerebant, Primipilos: ꝙ ex his qui pila gererent primi eſſent. Porro autore Vegetio,pilum haſtile eſt graue, quinq́ȝ pedes & ſemis longum: Hinc dignitas ipſa Primipilatus nũcupabatur,& homo primipilaris, q̃ primi pili autoritatem habuiſſet.

Verſus commode poſiti. Sic & Marcus Cicero in pręfatione ſua in Catone maiore ad Titum Pomponium Atticum ſcripta, gratiam ex verſibus duobus & ſemis illius antiquiſſimi Ennii quęrit.

Niſi qua Vlyſſes. Fuit enim Laertes,quemadmodum Odyſſeæ primo ſcribit Homerus, pater Vlyſſis tamen eum Telemachus Vlyſſis filius appellat auum:Et Ouidiꝰ Vlyſſem patronymico vocabulo Laertiaden nominat. Porro ſignificat Cicero Accium aduerſarium nõ niſi dolis euadere potuiſſe, & non aliter q̃ Vlyſſes effugerit e manibus Cyclopis,primum per dolum inimici oculo eruto,deinde hac occaſione naue conſcenſa: qua de re iucundiſſime fabulatur Homerus Odyſſeæ libro nono.

Notis verſibus. Vel nouis verſibus legendum,quos ipſi ſcilicet pro tempore fingemus, quemadmodũ, autore Dionyſio Halicarnaſſenſi, ipſi Socrati in orationibus plus quiquaginta exciderunt. Nec defuerũt qui aliquot apud Ciceronem obſeruarint. Et Liuius hiſtorias ſuas ab hemiſtichio heroico incepit: Id qđ ipſe Fabius obſeruauit ĩ nono. Vel totum illud:ſeu fictis notis verſibꝰ, tanq̃ ſuppoſititium a gloſſematario quopiam adſcriptum tradendum: Quia præter notos verſus fingere aliud nihil eſt,q̃ qđ ſupra dixit, eos ponere verbis ex parte mutatis:Deinde nullum adiicit exemplum, per qđ huic membro locus eſſe poſſit, tamen quod ſequitur de prouerbio aptiſſime cohæret, proxime cum eo quod preceſſit,cuius hæreditas eſt, qđ iam vocant ſapientiam.

Tollat te qui non nouit. Hæc Fabii verba alioqui obſcura interpretatur velut Horatius in epiſtolis, agens de ſcurra Plano,qui ſpõte ſua ſępe cadens, tanq̃ crure fracto miſerandis vocibus prætereuntes implorabat,vt humo tolleretur: peregrinus autem quiſq̃ ac doli ignarus,ſi quãdo alleuaturꝰ acceſſiſſet, a ſcurra ludibrio habebatur: Verum vbi iam eius ſimulatio pleriſq́ȝ innotuiſſet, iſq́ȝ vere aliquando fracto crure tolli quereretur,nemo ſubuenit,oĩbus Planum ſolitos agere ludos arbitrantibus.

Cum Sphingen domi. Porro conſtat ſiue ex hiſtoria, ſiue ex fabula, apud Thebas monſtrum quodpiam latitaſſe, qđ prætereuntibus ænigmata diſſoluenda proponeret, atq́ȝ inter cætera propoſuit, qđ nam animal eſſet mane quadrupes, meridie bipes,veſperi tripes: Hoc cũ nemo coniicere poſſet, tandem Oedipus ſuperuenit,aſſerens hominem ſignificari, qui mane, id eſt in infantia, manibus loco pedum vteretur,meridie vero bipes & erectus incederet,veſperi autẽ,hoc eſt, in ſenectute ſcipioni innixus fieret tripes.

Auctionem propoſuiſſet. Publicã licitationem rerum ſuarum,hoc eſt, cum certatim emptores rem pluris ac pluris licitantur.

An in tabulis. Ex ãbiguitate forſan riſum quęſiuit,cui locũ dat etymologia, ſiquidem chirographꝰ ex vocabuli ratione eſt ſcriptura cuiuſuis manu facta,a χείρ,qđ manum ſonat,& γράφω: etiamſi vſus eius eſt pro ſcriptura, quam quis propriis digitis exarauit, qđ genus iuriſconſulti σύγγραφον dicũt: Auſonio certe Theodoſius Auguſtus ſcribens, αὐτόγραφον vocat.

Nam ſicut iſta rebus. Hic locus a nemine,quod ſciam,hactenus reſtitutus,vtcunq́ȝ poterit corrigi, ſi in hunc modum legatur:nam ſic dicere,vt iſta rebus & perſonis conueniant,qđ in vtriſq́ȝ oportet,perfectę eloquentiæ. Aut ſi propius ruinam lectiõis mutari volueris, ſic ordina: nam ſic vt iſta rebus & perſonis cõueniant,qđ in vtriſq́ȝ oportet dicere,perfectę eloquentiæ eſt.

ἀποφθεγματικόν. Siquidem ἀποφθέγγομαι loquor,ſono,pronuncio: hinc ſapienter, breuiter, ſciteq́ȝ vel dicta vel reſponſa Græci vocant ἀποφθέγματα.

Neq́ȝ grauem mortem. Qui credit animam immortalem, imo iuxta Platonis diſputationem in Phedone, nouit hanc vitam aliud eſſe nihil,q̃ perpetuam quandam miſeriam, in qua videlicet anima corporis vinculo velut carcere quopiam detineatur: Porro mortem demum tranſitum eſſe,& veram illam & cœleſtem animę genuinam vitam,quã & in hoc mundo nos pro virili meditari iubet:Idem eſt qđ Plato,cum Philoſophiam dicit aliud eſſe nihil, q̃ mortis meditationem.

Omnium horarum. Sic Tiberius Auguſtus apud Suetonium, duos profitetur ſe in familia habere oĩm horarum homines,cum quibus iucundiſſime cõſuetudinem habeat: Porro cuiuſmodi eſſe debeat ſeriis iociſq́ȝ accommodatus,ſcribit feliciſſime Gellius libro.xii. cap.iiii. Et in eundem vſum multa congerit Eraſmus,qui prouerbium ex hoc dicterio fecit.

Tranſi ad Cæſarem. Alludit dicterium hoc ad ſententiam veriſſimam, qua aliena nobis ſemper magis placere,q̃ noſtra dicitur: q̃ feliciter extulit,qui dixit:

Vicinumq́ȝ pecus grandius vber habet.

Vſq́ȝ adeo noſtri noſmet pœnitet:atq́ȝ huius argumenti ſententiam conſcripſit Flaccꝰ in Odis:Qui fit Mecœnas.

## CAPVT. VI. Fo. LVI.

VT ne a ſententiis. Quia per iudicii facultatẽ dignoſcimꝰ quæ ſententia ſit grauis, quę vulgaris & languida:in verbis autem per eandem virtutem diſcemꝰ propria ab impropriis. Cõſilium vero eſt ratio quædam, quæ quid ſit humile, ſordidum,qđ magnificum, qđ proprie ſignificat, in qua re totius eloquentię,imo eruditionis fundamẽ-

tum conſiſtit. Porro ſi arte iuuari poſſet hæc res, certe maxime ad rē pertinuerit feliciter ſtatim primis ab annis inſtitutum eſſe, ac deinde non niſi in optimis quibuſq; ſcriptoribus verſari, maxime vero, ſi qd ipſe iudicare valeo, in Fabio, Plutarcho, quibus ſi quem adiicere voles ex recentioribus, erit is citra controuerſiam Eraſmus.

Guſtus aut odor. Quia quēadmodum guſtꝰ & odor ſenſus ſunt corporis, rebuſq; corporeis ſentiendis a natura ſortiti, ſic quidam eſt ratiōis & ingenii ſenſus, per quem ſunt res ſoli intellectui obnoxię.

Diſtare conſilium. Certe ex ſupioris ſeculi hominibus, maxime Hermolaus Barbarus proxime ad hanc virtutem acceſſiſſe videtur, quę pfecto tanta eſt, vt citra eam fruſtra diſcendi laborem ſis ſubiturus.

IN LIBRI SEPTIMI
CAPVT. I. Fo. LVII.

Commiſtus deuīxerit. Cōmittere hoc loco vocabulum proprium architectorum eſt, duo vel ſaxa vel ligna inter ſe coaptata cōſtringere, idq; vel interfuſa calce in ipſam ruinā, vel ferro īpacto in vtrūq;, vel bitumine, vel quouis alio ferrumine, hinc cōmiſſura dicit̃ ipſa cōiūctio, atq; ea pars, qua ſic duo inter ſe cōmittuntur: hæc ex Vitruuio.

CAPVT. II. Fo. LVII.

ATq; Æſchines. Quoniā Æchines hoc noīe reū fecit, qđ contra legē in ſenatu ſentētiā dixiſſet.

Demoſthenes quoq;. Demoſthenes virtutes corona aurea honorandas cenſuit, eo ꝙ ad extruendos ciuitatis muros pecuniam e domeſticis facultatibus erogaſſet, id qđ contra leges libertatis habetur, videlicet ne qs per eam occaſionem ad tyrānidē aſpiraret: Tum & alię fuerāt leges, quarū p̄uaricatiōe reus p̄mebat̃, atq; īprimis ꝙ ſi corona aurea autoritate ſenatꝰ cui decernat̃, id publicandū in curia: ſi vero plebiſcito in concione populi quorū neutrū ſeruatū q̄rit̃ Æſchines.

Pauperis educatoris. Qđ videlicet nō īmerito duceret filiā paupis educatoris, ſi pater verꝰ non ſolueret alimēta: Porro leges ciuiles non conſentiunt in nuptias, niſi volūtas parentum acceſſerit.

Nec ꝓbationū. Suſpicor, nec ꝓbationum loco, maioris lucis gratia a quopiā ſtudioſo olim annotatū, videlicet vt ſciret̃, quo loco a Fabio cōceſſum hoc de argumētis diſponendis, neq; enim mos eſt Fabio, ad plenum adeo & ſollicite repetere quoquid loco dictum ſit.

Procuratorē habendi ſit ius. Procurator is eſt, qui aliena negocia mādato domini adminiſtrat: conſtituitur aūt coram, vel per nuncium, vel per epiſtolā: Itē veteranis ꝓcuratores dari poſſunt, militibus non poſſunt, ſic iuris conſultus libro tertio Pandect. de Proc.

Ex aſſe hæres. Nam iuriſconſulti totam hæreditatem aſſis nomine ītelligunt, quā deinceps in ſuas partes diuidunt, qua de re in Pādectis habes, titulo de Inſtit. hęre. li. xxviii. & lib. vi. de petitione hæred. Porro adhęc pleniſſime intelligenda plurimū adiumenti attulerit, lib. i. Gul. Budæus de Aſſe & eius partibus.

Ex vtraq; parte. Actoris & rei.

Cuius rei. Diuerſitatis.

Inde. Ex primo conflictu.

Quod. Ipſum amittere.

In factis. In quæſtionibus facti.

Viro forti. Aldus hoc loco paulo curioſior, pro virum, qđ eſt in antiquis exemplis, ſubiecit Viriatum proprium tyranni nomē, malo ego antiquiorem lectionem, cū propter codicum conſenſum, tum vero maxime, qđ ſubiungitur, mulier occidit, vxor occidit: quoniā dubiū non eſt, quin vxor ad virum tyrannum referatur.

Aut præuaricatione. Q̃ꝫ q̄ iuriſconſulti diſcrimen faciunt inter prę uaricationem, calumniam, & tergiuerſationem, vt videlicet præuaricatio ſit, cū accuſator ſegniter agit dedita opera, & potentiſſima quæq; in accuſando omittit, quo videlicet effugiat ſupplicium reus, & calumnia falſorū criminū obiectio: Tergiuerſatio vero cum ab actore cauſa ī totum negligitur, & omnia hęc dolo malo. Tamen hoc loco præuaricationem accipit Fabius generaliter, vt & tergiuerſationem includat, alioqui non procedet Fabii argumentatio, videlicet nō omnibus propoſitis, quibus fiat vt quis reus abſoluatur.

Propoſitiōe. Intentiōe ſūmæ cāæ.

Multis milibus verſuum. Seriem dictionis verſum vocat.

Vtra pars. Cum duo videlicet æqualem cauſam habent: hęc quæſtio locum tātum habet in iudiciis quę exercentur partibus, quaſi eiuſdem cauſę ſociis, id quod vſu venit in cauſis familiæ Herciſcūdę, id eſt, hæreditatis diuidundæ, communis diuidundi, & finium regundorum.

Petitionum. Prouocationum.

Narrare. Proponere.

Poſſeſſorem. Qui cōmunem hæreditatem habet in ſua manu.

Propoſitio. Actionis, quæ intēdit̃.

Colores. Velut quoſdam habitus dictionis.

Locis ſpecioſis. Quęſtionibus copioſis & magnam vtilitatē & vbertatem dicendi præbentibus, quales ſunt communes quæſtiones, & vulgo frequentiſſimę.

Ea. Scilicet quę ſunt communia.

In oculos. Apta q̄ ſūt, remotiora, aut occultiora, aut ſiłe q̄piā deeſt.

Cū feciſſet fortiter. In rēpublicā.

Fauorabiles pſonas. Quę fauorem iudicis poſſunt demereri.

Quę oīa. Iā hic excuſſa ꝓ ruſtico.

Sētētię. Quibꝰ claudunt̃ periodi.

Pręcipites. Argutæ, hoc eſt, q̄ tametſi prima frōte argutiā & acumē habere videntur, attamen ſi ſemel atq; iterum excuſſeris, vanæ apparent, & velut concidunt.

Vel obſcure. Vt videlicet obſcuritas admirationē faciat nūc noſtro ſeculo gregariis Oratoribus.

Tumultu & clamore. Tumultū hic & clamorē intelligo audiētiū acclamationē, atq; itē applauſum, ſiue id in ſchola declamātibꝰ cōtingat, ſiue in foro orātibꝰ, q mos Quint. ſeculo atq; itē huiꝰ diſcipuli Plinii Iunioris, vſq; adeo inualuit, vt Pliniꝰ de hac re p̄ceptū dans in epiſtolis, dicat: Scito eū peſſime dicere, cui q̄ maxime fuerit applauſum, qđ videlicet q̄ erudita ſint, a paucis, hoc eſt eruditis iudicari q̄ant, vulgus autē nō tam iudiciū, quo caret, q̄ affectuum ſequitur impetum.

Cura in ꝓximo. Quaſi cognata.

Hęc. Videlicet q̄ ſupra dicta ſūt pro ruſtico.

Expugnata. Euicta.

Sequentibus. ſ. argumentis.

Literis. Gręcis.

Incipiat. Quēadmodū pręſcripſi, vt iure gentium petat.

Propoſitio. Rhetorica.

Tam æquę. Tā mananti ex naturali lege.

Poſtulationi. Petitioni hęredis.

Cōfeſſis. In eis de qbus conuenit inter partes.

Hoc tantum. Derelictū patrem.

An volūtate ſit ſtandū. Quia leges ſcire, vt iuriſconſulti dicūt, non eſt verba, ſed ꝓprietatē & mentē iuris tenere & amplecti: ratio enim eſt anima legis.

Satis. Accurate leges communes ad particularia tranſire.

Exceptione. Qđ tñ abſurdū eſt.

Argumēta. Verba, abſurditatem comprobantia.

Actum. Contra legem.

Idem ille. Orator.

Cogitauit. Sic meditatus cauſam & ꝓgreſſum, & iudicii curſum.

Ad diſertum. Perſonam diſerti fratris aſſumat.

Vt ait Cicero. In oratione ꝓ Lucio Murena, quo loco Marcus Tullius anxias has, & ſupſtitioſas Iuriſcōſultorū meditatiōes, ī Seruii Sulpitii inuidiā docet. Porro Tibicinē latinū hic vocat, qđ comœdia latia ꝑ Gręcoꝝ choris tibiis iā dextris, iā ſiniſtris diſtīguit̃. Alludit ergo Cicero ꝑ trāſitum ab actore ad reū, vel a reo ad actorē partiū ad dextras & ſiniſtras tibias comœdiarū Latinarū. Qui plura ſuper hac re deſiderat, legat q̄ erudite cōgeſſit in veſtibulo Teren. comœdiæ Ælius Donatus.

Vt iſta. Poſſe aliquē nō abfuiſſe, & tamen hęredem eſſe.

Occurrit Pro perſona ruſtici.

De cauſa. Silētio tuo, abſentia.

Coloris. Introducti cōſilii, veriſimilis argumenti cauſa.

Intendamus. Animum acriter.

Excutit. Explicat.

Eum. Qui nō aluerit parentem.

Reum. Peregrinum.

Accuſatū de ꝑegrinis ſacris. Invrbē adductis. Erat enī capitale & apđ gētiles cōtra magr̃atuū autoritatē noua & ꝑegrina ſacra aut nouū etiam colēdorū ſacrorū ritū inducere. Quę res Gręcis, & maxime Platoni deſcribit̃: Hęc lex cicutā bibere coegit Socratē, noui cuiuſpiā, & vnius numinis cultorem, ligneorum autē & ſaxeorum irriſorem.

Vendidit lenoni. Et per hoc filii pudicitiam proſtituit.

Lex. ſ. filio exhęredādo, qđ patri ꝓditionis reo non adfuerit.

Dura. Noua.

Verecundū. Religio eſt dicere timeo: Hoc ꝓpterea nō adfuiſſe penti

Ad exules. Quia. ſ. ſunt infames, nec iure agere poſſunt, vt in titulo de his q infamia notantur.

Vtraq; pte. Et ꝑ hoc modeſtia cōmendat̃, q nolit aperta fraude agere cum fratre.

Ne piculi. Et ſic deſerat̃ cā patris

Deficiat. Meditāti oratori.

Tēdamꝰ eo. Ingeniū nr̃m explicemus. Id cōmodū. Suæ cauſæ.

Vltra illud. Quod prima fronte occurrit.

Sublatione. Annihilatione, exauctoratione.

Perinde. Æquali cōditione: Quia alioqui duo pręmia poſtulaſſet ruſticus, alterum quo pater, alterū quo frater reſtitueretur.

Reliqua. Quærenda ꝓ ruſtico.

Idipſum. Quęſitum.

Nunc vtiq;. Diuidit̃ maxime.

Semiſſem. Dimidiū hæreditatis.

Vniuerſa. Patris bona.

Patris memoria. Vita functi.

Inſtrumētum eſt. Ducit̃ ex altero ſtatu, vel etiā dat occaſionem alteri ſtatui: videlicet an nō iure pater totā hęreditatē reſtitutori filio reliq̄ſſet.

CAPVT. III. Fo. LIX.

AN atomorū. Vt videlicet tradunt Epicurei: & probare conatur multis verſibus Lucretius de rerū natura primo. Porro atomos intelligunt Epicurei tenuiſſima corpuſcula, & vt vox indicat, inſectilia, quæ per radios ſolis volitare conſpiciuntur.

Per quæ. Tanq̄ inſtrumenta.

Ratio. Cauſa.

Adeptum. Quæ prima eſt ſpecies alterius generis.

Incrementum. Secunda ſpecies.

Proueniunt. Promanant.

Cætera eiuſdē generis. Vt amor immodica lętitia.

Cauſę. Earum quæ facta ſunt.

Qua de re. Cōtētione iuris libro tertio dictū, vbi de ſtatibus agit.

Mediterraneꝰ. Int̃ maria cōcluſꝰ.

Pro Milone. Ciceronē, dum ꝓbare contendit haudquaq̄ eſſe veriſimile, ſi Milo animum occidēdi Clodium habuiſſet, qđ negocium ī via Appia freq̄ntiſſima tētare voluiſſet

Ad coniecturam. Dum quęritur, an aliquid factum ſit.

Contra licuit. Q̃ꝫ iniuriam feci.

Præſtant. Loci.

Quæratur. Sit in dubio.

Valet. Locus.

Et Miloni. Habebat enim Clodiorum familia conditoria ſua in via Appia, in qua cęſus eſt Clodius: Teſtatur hoc Cicero in oratione pro Milone.

Æſtimationē terū. Qualitatem.

Specioſę. Vxoris.

Dānatā. Vt eā poſtea duceret, vt ex ea lucrū & q̄ſtū faceret.

Caſus accidētalis. Cauſa q̄ ex euētu cognoſcit̃: alias ad affectū miſericordię deſtinatā: de quibꝰ rebus copioſe eſt de naturali auſcultatione apud Ariſtotelem lib. ii.

Seruus. Exiuit.

Penula. Veſte ambulatoria.

Queritur. Ambigitur.

Incurrēt. Subiacebūt cuiq; loco.

CAPVT. IIII. Fo. LX.

FInitio igiť. Ariſtoteles & Peripatetici definitionē, hoc ē, orationē q̄ breuiter eēntiā rei explicet, ὅρον. i. terminū appellare ſolēt, nimirū trāſlatiōe ſumpta a finib⁹ agrorū. Nā quēadmodū ī agris fines circūſcribūt certū loci ſpatiū, ita finitio ābit naturā & vi eius cui adhibeť: Hinc & Latini vim appellarūt. Hic duplex finiēdi mod⁹ exiſtit ex duplici ratiōe diuidēdi. Siqdē apud Seuerinū Boethiū, libro de diuiſionib⁹, oīs ſectio gn̄is fit vel ī ſpecies, quā Diuiſionē vocāt: vt ſit aīal mortale & īmortale: Nā iuxta Platonicos corpora cœleſtia aīalia ſunt, ſed immortalia. Et ex hac diuidēdi ratione, prior modus in vniuerſum finiendi oriť: vt ſi dicas, aīal eſt corp⁹ aīatū, ſenſu p̄ditū: vt ſit diſtributio per partes toti⁹, quā Partitionē vocant: vt ſi diuidas aīal in caput, pectus, brachia, vētrē, crura, & ex hac partitione oriť definitio, quā Fabi⁹ per partes nūcupat, veluti ſi finias aīal, qđ cōſtat ex partib⁹ ſupra recitatis in partitiōe. De qbus reb⁹ breuiter qdē eſt apud Georgiū Trapezōtiū: quā fuſiſſime perſcribit Boethius ex Theophraſto.

ἐτυμολογία. Vocis ratiōe, dū ex vocis origine argumētū ducimus: vt ſi quis dicat, Philoſopho iure honorē exhiberi, qn̄ nulli tā debeať q̄ ſapiētiæ ſtudioſo. Cicero in Topicis veriloquium vocat.

Subiecta. Tanq̄ partes ex quibus conſtent.

An addictus. Addicti dicunť, q cū ſoluēdo nō ſunt, a magiſtratibus addicunť creditori in ſeruitutē, tantiſper videlicet, dū ſeruiēdo æs alienū repēderit. Hi ergo tametſi interim ſeruiunt, nō tn̄ ſunt ſerui: quoniā ſerui ſi manumittanť, poſtea do minorū libertini fiūt, ſed addicti etiam ſeruitutis onere liberati, deinceps pro libertis non habentur.

Quę ad aliqđ ſunt. Nā gen⁹ aliqđ nō diciť, niſi reſpectu ſpeciei ſubiectæ. Rurſum ſpecies eodem modo ad genus refertur, quēadmodū fili⁹ & pater ſe reſpiciunt, vt alter ab altero diſtare non poſſit.

In manū. Poteſtatē mariti cū oībus bonis ſuis.

Accipim⁹. Apđ Ariſt. in Politicis.

Ille. Cicero.

In qbuſdā vtiq;. Vt ſi ꝓbať nō ad eē ꝓpria tū q̄q; neceſſe ē nō eē ea qb⁹ adeſſe hęcꝓpria nō poterāt, vt ſi dicas, male & turpiť viuit, ergo bonus non eſt, nam vita turpis locū nō habet in bono viro.

Diuiſio. Generis in ſpecies.

Vnum. Membrum.

Remotione. Omniū mēbrorum.

Efficiť totū. Ex enūciatiōe partium, quę oēs neganť, vt Cicero hūc locum in Topicis vocat a partium enumeratione.

Interrogat. Ebutiū aduocatum.

Non ſit eiuſmodi. Vt aduerſarium attingat.

Opianico. Aduerſario.

Appetiſſet. Animo occidendi.

Caſu. Forte fortuna.

Vulgatum. Exemplum.

Intelligitur. Sic ſe habere.

Exordiri. Exordiri ꝓprie ſignificat texturā filorū incipere, hinc exordiū textile illud primū filū ꝓprie ſignificat vn̄ ꝑ trāſlationē de quouis initio diciť, nō ergo recte ſperaueris ex ſordido exordio vnq̄ tibi fore togā auro gēmiſq; intextam, atq; haud ſcio, an nō hoc exēplū ꝓuerbii loco olim iactatū ſit vulgo, quo ſigníficeť ei⁹ rei haud quaq̄ ꝓſperū fore exitum, cui⁹ initium fuerit parum fauſtum.

Totā p̄textā. Auro gēmiſq; cōtextā

Pullū, Nigrum, ſordidum.

Et cōtra colligiť, Initiū ex fine.

Inductionem. Qđ videlicet ex ſili cōceſſo inducatur aliud non diuerſum, ſed concedendum.

Mulieri permittitur. Iure.

CAPVT. VII. Fo. LXIII.

SCripti & volūtatis. Cū videlicet id qđ ſcriptū eſt, videť aliđ pręſeferre, q̄ is voluit, q hoc ſcriptū reliquit. Qua in re cū alii, tū maxime Cicero putat poti⁹ acqeſcendū voluntati hoīm, ad quā debere & teſtamēta & leges etiam velut amuſſim quandam exigi.

Hinc pendet. Inde originē habet.

Fur quadruplum ſoluat. Variatum videmus apud autores de furū pœna: Cōſtat tn̄ principio Athenienſes, eo tpe quo vtebanť legibus: Draconis, capitis ſupplicium conſtituiſſe furi, at demum tacito illiteratoq; conſenſu hæc lex cum aliis pleriſq; impendio acerbioribus eſt antiquata, & recepta de furibus lenior aliquanto pœna ex Solonis legibus: Romani vero inter furem nocturnum, & diurnum plurimum intereſſe iudicabant, atq; eum qui ferro ſe defendiſſet, & qui non defendiſſet, ob id de pœna aliter atq; aliter eſt Romæ obſeruatum.

Proſtare cœpit. Vulgauerat corpus.

Liberi parētes alāt. Vicem aliquā beneficiorum referant. Si enim videmus hoc pietatis genere ſe mutuo afficere Ciconias, vt parentes egere non ſinant, quāto magis hominē hoc decuerit? Antiquitus vero qui pietatem, clementiamq; vellent inuolucro quodam ſignificare, hi Ciconiam pingebant: inde factū tradit Plutarchus, vt in regum ſceptris exculperetur Ciconia, quę admoneret ſummo imperio oportere eſſe clementiā quandam adiunctā.

Peregrinus ſi murum aſcenderit. Certa pœna, eaq; capitis conſtituta in legibus ciuilibus eſt ei, qui muros publicos tanq̄ ſacros violet: Violant autem non tam qui deiiciunt, q̄ qui aſcendunt, maxime ſi cōtemptus accedat: id quod teſtatum relinquunt nobis veteres hiſtoriæ, dum Romulus a fratre ideo ſupplicium iubet ſumi, qđ per iocum is ſulcum tranſmitteret, qui erat muro aratro deſignatus.

In quo nota L. Craſſi. Totum hoc eleganter & prolixe tractat Cicero lib. i. de Oratore.



CAPVT. VIII. Fo. LXIII.

ALterum altero abrogetur. Iureconſulti leges veteres ſemꝑ abrogari nouis dicunt, vt quia temporum conditio, aut hominum aliđ ſuadet, q̄ prior lex continebat: Si noua inſuper ſit de eadem re lex lata, dubium non eſt, quin noua tollatur vetus. Permiſerunt autem ſibi veteres Iuriſperiti, vt ſi quando ratio tēporum id pateretur, nouis legibus veteres tollerent: At hodie putant piaculum quicq̄ dici aut ferri, qđ veterib⁹ illis vllo pacto ſit cōtrariū.

Magiſtratus ab arce nō diſcedat. In mandatis aut commiſſis, Cicero legem dat in Officiis, vt id qđ mandetur, eo modo geratur, quo eſt cōmiſſum. Quāuis interim ſi maioris vtilitatis ſpes fiat certior, nihil prohibere dicit, quin a mandato diſcedamus.

CAPVT. IX. Fo. LXIIII.

ARatrum accipere pignore. Legibus Romanis cautum erat, ne id tolleret pignore, vnde ad debitorem plus rediret incōmodi, q̄ ad creditorem cōmodi, quale erat aratrum, qđ non volebāt adimi pignoris loco, ꝙ magna hominū pars ex eo viuat, & ſublatum creditorē non magnopere iuuet, debitorem vero redigeret ad extremam paupertatē: Sunt tamen & alia nonnulla etiam legibus Pandectarum conſtituta, q̄ non liceat pignori capere.

Lanas vehere Tarēto. Tarentini, quemadmodum Sybaritę molliciei nomine apđ veteres male audieřt, vnde & nomen quidam putant ſortitos a mollicie: Legem hi habebāt, ne lanam, qua domi vtebantur ad vſum delicatiſſimarum veſtiū, alibi venderent, quod nimirum exemplū eſt ſingularis & affectati luxus, dū veluti ſoli his, quæ ad voluptatem ſunt inuenta, cupiunt perfrui citra riuales.

Qui patrem occiderit. Culeo inſuebātur, qui conuicti eſſent parricidii, adiunctis ſimia, ſerpente, gallo gallinaceo, velut teſtatur Valerius Maximus.

Ex domo in ius educere. Summa clementia conſtitutum fuit antiquitus, ne ex ædibus quis ſuis. i. eo loco quem haberet pro refugio erumnarum, & itidem erumnarum omniū domicilio, quis extraheretur in ius: Et inde opinor eſt, qđ in Antonianis Cicero tanto odio ſubinde repetit, qđ Antonius dixerat ſe fabros miſſurum vt diſturbarent domum ſuam.

CAPVT. XI. Fo. LXIIII.

QVędā cognatio. Vicinitas, & tanq̄ dicas amicitia q̄dā.

Infinitione. In deſcriptione.

Voluntas nominis. Quid ſignificetur per nomen qđ finitur.

Eſt pugna. Ex diuerſo contrariantur.

Recepta eſt. Probata.

Tradi enim omnia. Relinquunť acutis in arte aliqua plura coniectāda, quę doceri ſatis non poſſunt, vt in Rhetoricis teſtatur Cicero multo maximam partem non poſſe doceri, nimirum quæ eſt inuētionis, & de riſu mouendo, ſed his vt quiſq; natura fuerit præditus meliore, ita magis pollebit.

Adumbrare didicit. Deliniare & effingere, adumbramus enim ea, q̄ lineis quodammodo & ſuſpēſa manu deſignamus, id quod pictores facere ſolent, aggreſſuri quid maioris artificii.

Quædam ſunt non docentium. Relinquuntur quædam etiam inuenienda illis, quos docuimus, licet de ea re nunq̄ admonitis.

Quibuſq; ſignis. Præſagiis.

An anteacta crimina. Iudicio cuiuſq; relinquitur, quando ſit opus enumeratione bene geſtorum, aut ſecus: Quemadmodum enim vſui nonnunq̄ eſſe, ſi in tempore fiat nemo negat: ſic contra incommodiſſimum fuerit, citra decorum, aut minus e re nata illa infarcire, quæ magis odium q̄ beneuolentiam concilient: Quamobrem non iniuria dictum eſt a Fabio alibi: Iudicium eſſe totius artis caput.

Velut imperatoria virtus. Quēadmodum autem Imꝑator omnes locorum circunſtantias circunſpicit commiſſurus prælium, & ſuo quemq; loco collocat, ita Oratorum eſt digerere orationē eo modo, quo facillime ſe ad victoriam peruenturum confidat.

Cui affuerit natura. Fruſtra enim ſuſcipitur, quicquid repugnāte natura geritur, id quod Horatius veluti prouerbiali carmine admonuit

Tu nihil inuita dices facieſq; Minerua.

In promptu habenda. Nulla eſt plane ars, quæ tam paratam requirit ſupellectilē, ac eſt Oratoria, ideo multa ingerenda cauſæ ex improuiſo, ad quę niſi in procinctu fuerit copia, quæ rei ſubitæ, & caſu natæ ſuccurrat, deſtituatur & opinione. & officio: Iuriſconſultus domi deliberat, comminiſcitur, qua lege agas p̄ſcribit in ocio: At ſimul atq; Orator in forum deſcenderit, erunt quędam citius diluenda, q̄ cogitanda: adde etiam, qđ cogitatio illa adfert cauſæ neſcio quid detrimenti, dum iudici ſit doli alicui⁹ ſuſpicio: Subito autem quæ dicuntur, ea putantur veriſſime dici, atq; etiam ex animo.

In aliquot chartis, fo. xiii. lege ϖεύταθλος, φωνή. fo. xviii. ch. ſcriben.

ANNOTATIONVM
Petri Moſellani Protegenſis in Marcum Fabium Quintilianū, quatenus extare nouimus.

FINIS.

¶Sub prelo Aſcenſiano Menſe Ianuario. Anno. M.D.XXVIII.

IJe
567